Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0001-3

V 905

Bibliothek der
Juristischen Fakultät Halle/S.

Kriegel.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0002-9

# CAROLI GODOFREDI DE WINCKLER

IVR. VTR. ET PHILOSOPH. DOCTORIS, SERENISS. ELECTORI SAXONIAE IN SENATV PROVOCATIONVM A CONSILIIS, ECCLESIAE CATHEDRALIS MERSEBVRGENSIS CAPITVLARIS, CVRIAE IN SAXONIA ELECTORALI SVPREMAE, QVAE LIPSIAE EX LEGIBVS DECERNIT, ASSESSORIS INTER DOCTORES PRIMARII, DECRETALIVM IN ACADEMIA LIPSIENSI PROFESSORIS ORDINARII, EIVSDEMQVE DECEMVIRI, PRAEPOSITVRAE MAGNAE ASSESSORIS, FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII ET DECANI PERPETVI

# OPVSCVLA MINORA

EDIDIT

ET PRAEFATVS EST

FILIVS

D. GODOFR. LVDOV. WINCKLER

PROF. IVR. EXTRAORD.

---

## VOLVM. II. PARS ALTERA.

---

LIPSIAE

IMPENSIS G. L. GOETHE

cIↃIↃccLXXXXVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0004-0

C. G. DE WINCKLER

# OPVSCVLA MINORA.

VOLUMINIS SECUNDI

PARS ALTERA.

## ADVERSARIA IVRIS IVDICIARII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0005-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0006-1

Cum iam ante quinquennium, quo prioris opuſculorum paternorum partis edendae curam ſuſceperam, eorum etiam, quae ius ciuile et iudiciarium concernunt, iunctim edendorum fidem dederim, eam nunc ſeruare eo minus dubitaui, quo magis priorem illorum partem beneuole acceptam compertus eram. In hoc vero, quod typis deſcriptum prodit, altero volumine edendo eam praecipue curam adhibendam putaui, vt, praeter varias paſſim adſperſas acceſſiones, non ſolum illam, quae de iure proiectorum agit, exercitationem, nunquam antea prelo mandatam, addiderim, verum etiam plura, quae reliquis exercitationibus deeſſe mihi videbantur, adiecerim. Et haec quidem partim in diſſertatione, qua ius ſepulturae in templis explicatur, cui illuſtre Ordinis Medicorum Lipſienſium ſpectatiſſimi anno huius ſeculi octogeſimo tertio ea de re datum reſponſum adiunxi, partim vero etiam in commentario legis ſportulariae in Saxonia Electorali iudicibus cauſarumque patronis datae, conſpicua erunt, in quo ad huius finem perducendo praecipuum laborem conſtituendum arbitratus ſum; quum enim commentarius ille a b. patre ad exeuntem ſolummodo titulum ſecundum, qui modum expenſarum de actibus volun-

tariae

tariae iurisdictionis petendarum ponit, expeditus exiſteret, non inutilem laborem ſuſcipere mihi viſus ſum, eo, ne haud abſolutus appareat, continuando, legibus ſpecialibus, quotquot mihi comparare potui, confirmando et ad finem vsque legis ſportulariae ita perducendo, vt non ſolum iudicibus et cauſarum patronis integram ſportularum exigendarum tabulam ponerem, verum etiam, qui decidendis cauſis occupantur, Iureconſultis abſolutam auaritiae illorum coercendae normam ſuppeditarem. Praeterea vero, coronidis loco, illam quoque legem ſportulariam, quae cauſarum in iudiciis Luſatiae inferioris perorandarum patronis poſi nunquam antea typis expreſſa eſt, ſed cuilibet ſub initium ſuſcepti muneris ſcripta exhiberi ſolet, ne quid deſideretur, adiiciendam putavi. Ceterum, quod per integrum fere luſtrum interrupta horum opuſculorum continuatio nunc demum prodit, cum non mea culpa factum ſit, eius rei cauſa facile veniam me impetraturum ſpero.

Scrib. in Academia Lipſienſi, Calend. Mart. A. R. S. cIↄIↄccxcvII.

Con-

# Conſpectus.

I. De initio concurſus. pag. 2.

II. De citatione edictali in concurſu creditorum. 14.

III. De ſatisdatione pro expenſis. 21.

IV. Num curatori bonorum pro expenſis cauendum ſit. 32.

V. De Iudaeis in Saxonia a cautione pro expenſis nunquam immunibus. 36.

VI. De paupere litigante. 38.

VII. Conciliatio duorum in lege iudiciaria ſaxonica locorum. 43.

VIII. De debitoris obligatione a concurſu ad implenda. 52.

IV.

IX. De iure compenſationis in concurſu creditorum. pag. 65.

X. De actore per reprobationem probante. 78.

XI. Legis electoralis ſaxonicae d. 20. Decbr. 1766. aduerſus debitores obaeratos latae §. 17. non niſi de pactis remiſſoriis iudicialiter factis intelligendam eſſe. 89.

XII. De famulorum mercenariorum locatione. 100.

XIII. Commentarius ad ſportularum tabulam ſaxonicam. 117.

---



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0010-3

# I.

## Adverſaria iuris iudiciarii inprimis quoad concurſum creditorum.

Quamuis doctrina cum de iure iudiciario in vniuerſum, tum inprimis de creditorum concurſu multorum ac celeberrimorum Ictorum labore admodum illuſtrata et amplificata appareat, adeo, vt non deſint, qui putent, eam rem nunc ita claram atque expeditam eſſe, vt, ſententias inprimis locatorias ferre, nihil pene aliud ſit, quam conſuetas formulas mutatis nominibus vel debitis deſcribere, tamen, qui in eiusmodi opera quotidie verſantur, bene norunt, nondum omnia ſic ſatis confecta et abſoluta eſſe, vt non variae ſubinde dubitationes ſuboriantur, quae ſaepius diligenti adhuc deliberatione atque indagatione egeant. Interea tamen negari nequit, in hac re, niſi omnia, plurima tamen, recepto fori vſu, ac conſueto in dicaſteriis pronunciandi more pendere, cum hic fere ſemper iure ciuili, ſaepenumero etiam lege iudiciaria, quam ordinationem proceſſus vocant, deſtituamur. Placet igitur, hunc defectum, quantum ab aliis laboribus oppreſſo fieri poterit, ſupplere, atque habita inprimis iuris ſaxonici ratione, tum ex ipſo iure, tum inprimis ex rebus hinc inde iudicatis, quaedam quaſi ex aduerſariis depromere, ac publice exponere, quae vt adnotentur, non plane indigna videbantur. Neque enim vllum locum totum ac integrum excutiamus, verum adiuuabimus tantum.

## Adnotatio I.

### *Initium concurſus.*

§. I.

Multa ſunt, quae pendent a quaeſtione: quando concurſus creditorum (vtamur compendii cauſa hoc etſi barbaro vocabulo) incipere dicatur. Nam ſiue controuerſia de eo ſit, vtrum vnus vel alter creditorum ſibi vigilans ſolutionem recte acceperit nec ne, ſiue tarditas in exigendis vſuris oneribusque per triennium vel quinquennium accuſetur, ſiue de ſiſtendis actionibus ſingularibus, trahendisque ad iudicium vniuerſale ſermo ſit, in his multisue aliis eiusmodi quaeſtionibus ſaepiſſime ad interrogationem: quando concurſus inceperit? recurrendum eſt. Nam concurſus facit litis pendentiam, et communionem inter creditores, MEV. *P. IV. dec.* 142. *n.* 11. ac *P. V. dec.* 125. Loquimur vero de concurſu *formali*, non de *materiali*; ſic enim diſtinguere ſolent, et hunc appellant, ſi quis in aere alieno quidem verſetur, nec bonis omnino ſit deſtitutus, ignotum tamen, ſuffecturane ſint, vel minus, id quod demum ex euentu et ſecuto formali proceſſu patebit. Eſt autem concurſus formalis ipſa lis ipſumque iudicium ac modus procedendi, *der Proceſs ſelbſt*, qui ventilatur cum inter creditores ac debitorem, vel quicunque eius partes ſuſcepit, obtinendae, quantum fieri poterit, ſolutionis cauſa, tum inter creditores ipſos, ad diſceptandum inter ſe, quis prior, quis poſterior, ad ſolutionem peruenire debeat. Hoc itaque iudicium, quod vniuerſale eſt, quodque ad omnes omnino creditores pertinet, et quo exorto omnes lites particulares ſilent, inprimis in diſtribuendis pro modo privilegiorum, eumque in finem prius colligendis, bonis illius debitoris verſatur, quem imparem ſoluendo ſingulis ſuis creditoribus eſſe, iudici concurſus conſtat. Quodſi igitur verba legis iudiciariae, *O. P. R. ad t. XLI.* §. 1. *Wann mehrere gläubiger zuſammen kommen und es ſich äuſsert, daſs der ſchuldner in abfall der nahrung gerathen, alſo ein concurſus creditorum entſtehet*, ſimpliciter ac ſtrictim ſequeremur, ab ipſa debitoris inſufficientia initium concurſus repetendum fore, videri poſſet. At vero haec tantummodo de con-

concurſu materiali intelligenda ſunt, qui inprimis hoc nomine: *in abfall der nahrung gerathen*, indigitatur, atque etiam concurſus imminens dici ſolet, CAR. FERD. HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 539. *ſ.* 7. ac praeparatorius eſt eius, quem *formalem* appellant. Ad hunc vero requiritur, vt 1) plures adſint creditores, 2) vt debitor ipſis impar ſit ſoluendo, AVG. FERD. HOMMEL *von Referiren der Acten*, *ſect. III. ſ.* 151.

## §. II.

Formalem concurſum LAVTERBACHIVS *Coll. Pand. L.* 42. *t.* 5. *ſ.* 20. recte ita deſcribit, quod ſit iudicium vniuerſale inter creditores concurrentes, vt ipſis, ſententia iudicis, ex bonis debitoris, ſecundum cuiusque praerogatiuam, quantum poſſit, ſatisfiat, vt adeo, bene monente C. O. RECHENBERGIO in ſcripto infra adducendo, ad ipſum formalem concurſum neque ſola pluralitas creditorum, vt putat inprimis AVG. DE LEYSER *Med. ad Pand. ſpec.* 478. *ſ.* 5. atque LVDOVICI *vom Concurs-Proc. c.* 1. *ſ.* 14. neque ſola inopia debitoris, nec vtrumque ſolum ſufficiat, verum praeter iſta adhuc alia deſiderentur, inprimis lis aliqua aut iudicii conſtitutio, ſiue, vt alio modo eloquamur: *concurſus abſque proceſſu eſſe nequit.* Ex his patet, vt *initium concurſus* dicatur, requiri 1) aliquem actum iudicialem, ex quo 2) manifeſtum ſit, plures adeſſe creditores, quorum 3) debitor ipſis haud ſoluendo ſit, ac denique 4) intentionem iudicis claram eſſe oportere, vt, debitore omnibus facultatibus exuto, pretium diſtractorum bonorum inter creditores pro modo vniuscuiusque priuilegii diſtribuatur.

## §. III.

Videmus itaque, quantum interſit inter concurſum creditorum atque bonorum ceſſionem, qua poſteriore non ſtatim diſtractio bonorum intenditur, ſed plerumque ſolummodo ſequeſtratio, quia adhuc ſpes eſt, debitorem per pactum remiſſorium ſeruari poſſe atque a concurſu liberari. Creditoribus enim per bonorum ceſſionem traduntur quidem facultates debitoris, ſed domini non fiunt, *l.* 4. *C. qui*

 *bon.*

*bon. ced. poſſ.* quapropter VLPIANVS *l.* 3. *de bon. ceſſ.* dicit, qui bonis ceſſerit, non carere bonis ſuis, quid? quod ipſa bonorum ceſſio quodammodo reuocari queat, *l.* 5. *D. de bon. ceſſ.* Contra maſſa ipſius concurſus creditoribus propria eſt, ſimul autem vicem gerit debitoris, *tritt an deſſen Stelle,* ita vt in hanc maſſam, ſimulque in creditores, omnes debitoris obligationes ac iura translata videantur, adeoque hi per curatorem bonorum ea omnia facere tum debeant tum poſſint, quae ante concurſum in debitoris arbitrio ac obligatione erant. Ex his igitur ſequitur, quando de initio concurſus quaeſtio incidat, ſermonem eſſe de eiusmodi actu iudiciali, a quo lis illa, de qua diximus, et creditorum inter ſe, et cum debitore incipiat, ac vbi de nulla re alia, quam de debitoris certiſſime obaerati bonis inter creditores iudicis officio diſtribuendis agatur, ſeu, vt breuius dicamus, principium concurſus eſſe principium non praeparationis ad illam litem, ſed litis ipſius; vnde vix regula certa de hac re poni poterit, verum incipiet concurſus tunc, quando primus actus ſaepe dictae litis in iudicio ſuſcipitur. Secundum haec igitur ea, quae ſequuntur, diiudicanda ſunt.

## §. IV.

Non ignoramus, initium concurſus plerumque collocari ſolere in tempore emiſſae citationis edictalis. Nec male. Etenim, dum fama fert, aliquem vel viuum vel mortuum nominibus eſſe obrutum, quibus exſoluendis par eſſe nequeat, dum ipſi creditores iudicem adeunt, et debitorem in aere ſuo eſſe conqueruntur, dum ipſi actiones inſtituunt et illum condemnari petunt, dum contra condemnatum executionem, auctionem et ſubhaſtationem poſtulant, dum haec debitoris nomina numerantur, atque cum eius facultatibus comparantur, in his omnibus nondum eſt aliquod iudicium concurſus, *Concurs-Proceſs.* At vero, poſtquam iudex, facta idonea inueſtigatione, non amplius dubius ſed certus eſt, vere adeſſe imparitatem ſoluendi, tunc, omnibus reliquis rebus poſthabitis, ſine mora obligatur ad creditores edictaliter citandos, *O. P. R. l. c. ſ. 2: iſt mit citation der gläubiger bald anfangs zu verfahren.* Quis igitur dubitet dicere, diem, quo ſcripta eſt citatio edictalis,

initium

initium eſſe concurſus? quemadmodum in omni iudicio citatio fundamentum ac principium controuerſiae eſſe fertur, *ſ. vlt. I. de poen. tem. litig.* STRVV. *S. I. C. ex.* 5. *ſ.* 10. MÜLLER *ad h. l. et ad ex.* 9. *ſ.* 66. inprimis cum in hac lite id ſingulare eueniat, vt ante citationem nullus ſit libellus, quippe quem creditores in termino demum liquidandi proponunt, vnde nihil certius eſt, quam ab ipſa edictali citatione, vbicunque in Actis reperiatur, tuto initium concurſus duci poſſe, cf. HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 539. *ſ.* 7. inprimis cum per eam ſimul longe lateque innoteſcat, eum hominem, cuius creditores citantur, eſſe bonis lapſum. Atque in tantum profecto fere omnes conſentiunt. An vero praeter citationem edictalem etiam aliae res ſint, quae ſi eam praecedant, concurſum citius incipere faciant, de eo ambigitur. Nos contendimus, eiusmodi res quasdam omnino quidem inueniri, attamen plures alias vulgo pro initio concurſus male haberi. De vtrisque videamus.

## §. V.

Praeter edictalem igitur citationem videri poſſet, quod, ſimulac obaerati debitoris bona vel obſignentur, vel ſequeſtrentur, poſſe inde initium concurſus duci, inprimis quando ſequeſtratio non tam ab actore poſt ſententiam condemnatoriam petitur, quam ab ipſo iudice ob apparentem bonorum debitoris lapſum ex officio ſuſcipitur, ne in praeiudicium creditorum bona diſſipet, aut fructus conſumat. At vero, cum certum ſit, haec tantum ſecuritatis cauſa fieri, atque diuerſa ſint, creditoribus de conſeruanda maſſa futuri concurſus prouidere, atque ipſius proceſſus concurſus, ſeu iudicii vniuerſalis initium facere, a nobis impetrare non poſſumus, vt vtrumque, ſeu, quod idem eſt, rem ipſam cum praeparatione ad eam ac inſtituto praeliminari confundamus.

## §. VI.

E contrario autem haud dubitandum videtur, quod, ſi vel cauſa de obaerato debitore ac multitudine contractorum ab eo nominum, imparitateque ſoluendi ad Principem

relata, vel etiam Actis ſuper modo vlterius procedendi ad dicaſterium miſſis, atque ab alterutro, eſſe iudicium concurſus incipiendum, creditoresque edictaliter conuocandos, *daſs mit eröffnung des concurſes*, vel *daſs mit edictal. citation der gläubiger zu verfahren*, vel iubeatur, vel pronuncietur, hoc ipſum momentum coepti iudicii concurſus, non expectata demum edictali citatione, quae forte remoram pati poteſt, reputari poſſit, cum hic plus quam praeparatio ad concurſum adſit, potius ambigi non debeat, in hac ſpecie ea omnia praeſentia ex Actis apparere, quae ad naturam concurſus pertineant. Quemadmodum enim dubitari non ſolet, ſi forte princeps porrectum ſibi ab vno ſubditorum libellum actionis contra alterum, praefecto cuidam cum reſcripto mittat, eoque cauſam coram ipſo certari iubeat, tunc illico litem coram praefecto incipere, quae mox per citationem pendens fiet, ita etiam concurſus creditorum per eiusmodi reſcriptum procul dubio initium capiet, ſub ſpe mox ſecuturae edictalis creditorum conuocationis. cf. IOH. ANDR. HOFFMANNS *teutſch. Reichs-Prax. T. II. ſ.* 1225. *not. bb.* Hinc Scabini Lipſienſes m. Maio 1781. vtrumque coniunxerunt, ſic pronunciantes: *Obwohl, daſs der anfang des concurſes ſofort von des debitoris ableben an zurechnen, es ſcheinen möchte, da ſelbiger nicht nur zuvorhero von einer groſen menge ſeiner creditoren bis zur execution ausgeklaget, und bereits viele hülfsſcheine ausgefertiget geweſen, ſondern auch der iudex ſofort nach deſſen tode die ſequeſtration angelegt; dieweil aber dennoch allererſt unterm* 20. *Febr.* 1777. *daſs mit erlaſſung der edictalien zu verfahren, gnädigſt anbefolen worden, folglich allererſt von dieſer zeit an und von der unterm* 10. *mart. bemeldten jahres wirklich ergangenen edictal-citation der formelle concurs ſich angehoben.*

## §. VII.

Ad naturam concurſus pertinet, vt tum curator bonorum, tum, niſi debitor ipſe velit creditoribus iurato reſpondere, curator litis conſtituatur. Quoniam ergo vbi ſubſtantialia rei cuiusdam adſunt, ibi ipſa res vt adſit neceſſe eſt, ſequitur, ſi quis iudex adhuc ante emiſſam citationem edicta-

edictalem, vel ipſum debitorem, vel vtrumque curatorem iureiurando obliget, ab hoc actu iudiciali iudicium vniuerſale concurſus incipere debere. Quod tamen minime ad curatorem maſſae accommodari debet, quippe qui magis ad conſeruanda, quam diſtrahenda debitoris bona, atque ad euitandum magis, quam accelerandum concurſum conſtitui ſolet, *Banq. Mand. de an.* 1766. *ſ.* 5.

## §. VIII.

At ea quaeſtio non ſatis expedita videtur, num initium concurſus a ceſsione bonorum deduci poſſit, a debitore obaerato facta, ſiue, quod idem eſt, quando proceditur ex Mandato Electoris Saxoniae aduerſus obaeratos debitores d. 7. Ian. 1724. edito et d. 20. Dec. 1766. renouato. Fatemur, magnam eſſe apparitionem argumentorum, quae hic initium concurſus collocari poſſe, ſuadeant. Si enim verum eſt, quod BACHIVS *ad* BERGERI *Oec. iur. L. IV. t.* 31. *ſ.* 1. *not.* 1. annotauit, concurſum tunc incipere, quando conſtet, debitorem non eſſe ſoluendo, quaenam maior huius rei certitudo eſſe poterit, quam debitore ipſo hoc iudicialiter fatente, ac omnes facultates ſuas creditoribus ad ſatisfaciendum offerente, inprimis cum hodie non amplius, vt olim, in arbitrio creditorum ſit, vel bonorum ceſſionem accipere vel quinquennales inducias dare, *l.* 8. *C. qui bon. ced. poſſ.* ANT. A MARA *de conc. cred. L.* 4. *t.* 2. *ſ.* 5. *ſq.* ſed ſtatim iudex debeat ad bona occupanda et creditores conuocandos procedere, *Banq. Mand. de a.* 1766. *ſ.* 5. *et* 22. Profecto concurſum a bonorum ceſſione, quam et oblationem nominant, incipere, putant non ſolum vetus ICtus SALGADVS DE SAMOZA *in Labyrintho creditorum*, ſed etiam recentiores, ac inter hos inprimis LEYSER *Med. ad Pand. ſpec.* 478. *med.* 5. HELLFELD *Ipr. for. ſ.* 1813. MEVIVS *P. VI. dec.* 104. LVDOVICI *Conc. Proc. c.* 1. *ſ.* 14. atque eandem ſententiam tenere videtur BERGERVS *l. c.* At quemadmodum BERGERVS cum MENCKENIO *Syſtem. Pand. L. XLVI. de priuil. cred. ſ.* 1. vtrumque, edictalem citationem et bonorum ceſſionem ſollicite coniungit, ita etiam nos nihilominus et hic initium concurſus potius ab edictali citatione, quamuis poſteriore, quam ab ipſa bono-

rum ceſſione deducendum exiſtimamus. Nam per bonorum ceſſionem magis efficitur *ein creditweſen* quam *ein concurs*, quae duo admodum inter ſe differunt, HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 295. ita, vt iſto finito, hic incipiat. Illa pars eſt concurſus materialis, h. e. inopiam debitoris oſtendit, atque ſolenne iudicium concurſus praecedit; v. HOFFMANN *Teutſch. R. pr. l. c. ſ.* 1224. *et* 1225, qui bonorum ceſſionem inter occaſiones concurſus formalis, *die veranlaſſungen*, optime refert. Bonorum ceſſio proprie locum dat tentando pacto remiſſorio, de quo fuſius agit IO. GE. BAVER in *diſſ. de pacto remiſſorio ante concurſum formalem*, a quo plane differunt *der Accords-Proceſs* et *der Concurs Proceſs.* Qui enim harum rerum haud ignari ſunt, ſciunt, olim, ſi quis debitor bonis ceſſerit, ſingularem modum procedendi receptum fuiſſe ad illud pactum remiſſorium vel tentandum vel conficiendum, in quo variis implorationibus, citationibus ac terminis opus erat, ſatisque multum temporis in hac ad remittendum vel perſuaſione, vel coactione conſumebatur; dum interea bona debitoris ſub ſequeſtro eſſent, et ſpe demum tranſactionis complendae fruſtrata, ad ipſum concurſum creditorum vel his vel debitore prouocantibus peruentum fuiſſe, de qua re integrum libellum Lipſiae ſcripſit, tunc vtiliſſimum, IO. TOB. RICHTER. Mandatum quidem Electorale d. 20. Dec. 1766. emiſſum, diuturnum ſpatium, quod eo vſque inter vtrumque proceſſum, pacti remiſſorii et concurſus ſatis amplum interceſſerat, admodum coarctauit, ita vt nunc vna ſit citatio creditores ad rem pacto remiſſorio componendam et ſimul ad ipſam litem concurſus conuocans, attamen ipſum diſcrimen inter bonorum ceſſionem et iudicium concurſus minime ſublatum eſt, id quod ipſa verba dicti Mandati, et ratio ibi vtrique rei praeſcripta luculenter oſtendunt, vnde manifeſto patet, illam ſcripturam, qua debitor iudici bonorum ceſſionem ſignificat, pro ipſius concurſus initio haberi non poſſe, potius re ipſa manet a iudicio concurſus ſeparata. Similem inter vtrumque differentiam re ac tempore obſeruare licet iure ciuili, HELLFELD *Ipr. for. ſ.* 1812. cuius rei inter alia hoc teſtimonium eſſe poteſt, quod adeo bonorum ceſſio reuocari poſſit, modo hoc fiat ante citationem edictalem, KNORR *Anl. z. gerichtl. Proc. L. II. c. 7. ſ.* 2. Nec obeſt, quod debitoris bona ab eo tem-

tempore a creditoribus poſſideantur, ipſi vero non amplius ſit poteſtas ea adminiſtrandi, quod vtrumque negari nequit; ſed idem fit, quando creditor poſt rem iudicatam immittitur, vel iudex, vt eidem ſoli ſatisfiat, ſequeſtrum imponit.

§. IX.

Haec omnia illuſtrari poſſunt reſponſo, quod Collegium Lipſ. ICtorum dedit a. 1768 ſequentem in modum: *Wird: von welcher zeit an eigentlich der anfang des concurſes zu rechnen ſey? zu erörtern für nöthig erachtet. O. n. w. ſchon der nahme an die hand giebt, daſs, ſobald mehrere gläubiger zuſammenkommen, und des ſchuldners inſolventer zuſtand ſich veroffenbahret, ein concurs entſtehet, wie denn, wenn dieſes geſchiehet, oder der ſchuldner ſelbſt ſeinen unvermögenden zuſtand entdecket, und bonis cediret, er über ſein vermögen weiter keine diſpoſition hat, vielmehr der richter deſſen güter ſofort in ſequeſtration nimmt, damit dieſelben zur befriedigung der gläubiger angewendet werden können, auch zu dem ende ein curator bonorum oder maſſae beſtellet, der debitor hingegen von ſothaner zeit an von aller weitern concurrenz ausgeſchloſſen wird, ſondern die creditores an deſſen ſtelle treten, und das vermögen deſſelben beſitzen. D. a. u. d. ein unterſchied unter dem concurſu materiali et formali zu machen,* IOH. ANDR. HOFM. *teutſche Reichs-Praxis Tit. II. ∫.* 1225. *wovon zwar erſterer durch die ceſſionem bonorum, oder wenn der richter wegen concurrirender gläubiger die bona des debitoris in beſchlag zu nehmen ex officio für gut befindet, ſich anſpinnet, dahingegen ſodann noch kein förmlicher concurs und im eigentlichen verſtande dergleichen vorhanden, vielmehr gleichwie bey jedem proceſſe das iudicium allererſt durch die erlaſſene citation fundiret wird, alſo auch der anfang des concurſes in ſo ferne er ein iudicium vniuerſale ausmachet, nicht eher als von der edictalcitation an zu rechnen, zumal unter dieſem und denen übrigen proceſſen noch dieſer unterſchied vorwaltet, daſs bey dem concursproceſſe der anfang ſofort mit der citation ohne vorhergehende klage gemachet, und die leztere von den creditoribus erſt nachhero angebracht wird, daneben aller-*

*allererſt durch die edictalcitation oder das proclama publicum, daſs der ſchuldner ſeinen gläubigern nicht gerecht werden könne, zu jedermanns wiſſenſchaft gebracht wird. alles aber, was vorhero geſchiehet, nur als vorbereitungen zu betrachten, ſo mehrentheils blos auf die erhaltung des vermögens, zur ſicherheit der hinkünftig ſich meldenden gläubiger, oder ſonſt zu eröfnung des bevorſtehenden concurſes abzielen, von welchen allen aber auswärtige creditores etwas zu erfahren nicht im ſtande ſind, ſo iſt der anfang des concurſes von der erlaſſenen edictalcitation oder proclamate publico an zu rechnen.*

Hinc non male dixeris, ſi quis debitor poſt bonorum ceſſionem ante citationem edictalem quidquam de ſuo alienet, actionem non reuocatoriam nullitatis, ſed reſciſſoriam Paulianam eſſe inſtituendam, de quarum diſcrimine optime exponit HOMMELIVS *Rhapſ. obſ.* 539. quamuis in eo diſſentiat, quod illi locum etiam poſt bonorum ceſſionem aſſignet.

## §. X.

Quid autem, ſi debitor neque velit forte, neque poſſit flebili bonorum cedendorum beneficio vti, verum ipſe ad concurſum prouocet? quod hodie, dum poena obaeratorum debitorum, niſi decoctores ſint, ceſſat, inprimis tum ſaepius fieri ſolet, ſi ſpes deficiat, pactum remiſſorium finiendi. Hic autem omnem dubitationem abeſſe cenſemus, ne ab hoc ipſo momento iudicium concurſus incipere dicatur. Qui enim alterum ad agendum prouocat, ſine dubio, quamuis pro futuro reus ſit, tamen nunc litem incipit, quam mox ſecutura eſt citatio ad prouocatum. Nec poteſt profecto futurus demum concurſus videri, ſed debet procul dubio praeſens putari, qui ipſe creditoribus ſuis, ſe in conditione concurſus eſſe profitetur. Sane prouocatio in eo praeprimis differt a bonorum ceſſione, quod etſi debitor in vtraque ſe imparem ſoluendo declaret, tamen per illam creditoribus tantum maſſam futuri concurſus tradat, per prouocationem vero ipſa concurſus praeſentia indicetur. Sine dubio par ratio erit, quando, ſilente debitore, ipſi creditores,

res, vt iudicium concurſus fiat, vrgent ac petunt, ſiue, vt minus recte dici ſolet, ad concurſum prouocant. Dum enim aliquis adeſt debitor plurium creditorum, dum bona eius non ſufficiunt, dum nemo creditorum ipſi quicquam remittere in animo habet, dum potius diſtractionem bonorum, et ſatisfactionem ex iis, quantum fieri poſſit et pro ratione praerogatiuarum vniuscuiusque poſtulant, quis tunc concurſum creditorum adeſſe neget? quapropter MENCKENIVS *Proc. tit.* 41. *§.* 1. vere dicit: *Exiſtere ſolet concurſus creditorum, quando ipſe debitor creditores convocat, aut hi, debitorem non amplius ſoluendo eſſe deducentes, iudicium ſibi commune aperiri petunt,* cf. KNORR *Anleit. z. Proc. L. III. c.* 7. *§.* 1.

## §. XI.

Accedimus ad *arreſta,* quae vel communia, vel iuris Saxonici eſſe conſtat. Et quod ad haec quidem attinet, neminem latet, ea peti impetrariue nec ſolere nec debere, niſi arreſtans doceat, debitorem bonis lapſum eſſe, *O. P S. tit. LI. §.* 3. RIVINVS *ad h. l. enunc.* 2. 8. 8. *ſq.* MENCKEN *Proc. ad eund. l. §.* 32. MEVIVS *de arreſtis c.* 27. *no.* 6. *ſq.* qua de cauſa videri queat, et hinc initium concurſus computari poſſe. At vero cum eiusmodi impetrati arreſti id tantummodo conſilium ſit, vt impetranti praerogatiua naſcatur prae aliis creditoribus, neque ſemper mox ipſe concurſus conſequatur, potius plerumque tum duplex renouatio, tum actio arreſti, *die Kummerklage* intercedere ſoleat, atque adeo debitor aduerſus quem eiusmodi arreſtum impetratum eſt, poſſeſſionem atque dominium retineat, MEVIVS *l. c. §.* 22. nec leges ipſi adminiſtrationem ac alienationem bonorum adimant, *O. P. S. l. c. §.* 4. BERGER *Oec. iur. l. c. not.* 3. MENCKEN *l. c. §.* 24. vniusquisque facile videt, ipſum proceſſum concurſus inde incipere non poſſe. Quid? quod ipſa arreſta tamdiu dantur, donec edictalis citatio emiſſa ſit, *Reſol. Grav. de a.* 1661. *tit. v. Iuſt. S. §.* 10. quod argumento eſt, hanc non eſſe illius ſequelam, et arreſtum eſſe poſſe ſine concurſu, id, quod obſeruantia quotidiana comprobat.

Similiter in propatulo eſt, etiam arreſta communia, ſiue praecepta de non extrahendo, etiamſi a variis creditoribus contra vnum debitorem multiplicentur, tamen pro initio concurſus haberi non poſſe. Etſi enim alias per arreſtum iuris communis litispendentia induci dicatur, tamen hoc ita tantum eſt intelligendum, vt in eodem iudicio de liberando arreſto agendum ſit, MEVIVS *de arreſt. c.* 15. *ſ.* 26. 29. Imponitur vero quaſi ex neceſſitate aliqua, ne diſſipentur bona; at vero per iudicium ex neceſſitate ſuſceptum non inducitur litispendentia, ZANGER *de except. P. II. c.* 13. *no.* 25. atque arreſtum commune fit tantummodo ſecuritatis ac cautionis gratia, MEV. *l. c. ſ.* 37. PVFENDORF *Proc. P. II. cap.* 6. *ſect.* 1. *ſ.* 4. ob futuram ſcilicet executionem, vtque creditori ius ſuum conſeruetur, RIVINVS *ad tit. LI. enunc.* 1. imparitas autem ſoluendi, ſine qua concurſus creditorum fingi nequit, in arreſto iuris communis ſaepiſſime deficit.

## §. XII.

Arreſto iuris Saxonici, quod ſuſtulit lex iudiciaria recentior, *O. P. R. ad tit. LI. ſ. vn.* eadem ſuppoſuit inhibitionem de non alienandis bonis, ſeu interdictionem bonorum, qua creditor, debitore ad inopiam vergente, iudicem adit, petens, vt eum praecepto iudiciali prohibeat, quidquam de ſuo vel alienare, vel oppignorare; quod eum effectum habet, vt ab eo tempore, ſiue ſolus ille creditor maneat, ſiue mox alii accedant, omnis debitoris alienatio inualida ſit, neque etiam vllus actus executiuus contra eum ſuſcipiatur. Originem traxiſſe videtur a prodigo, cui, quoniam furioſo ſimilis putatur, *ſ.* 3. *I. de curat.* bonis interdici ſolet, et curator datur, id, quod iam lege XII. tabularum cautum erat, *l.* 1. *D. eod. Proſpiciendum enim eſt,* ait Imp. D. Pius, *iis, qui, quod ad bona ipſorum pertinet, furioſum faciunt exitum, l.* 12. *ſ.* 1. *D. de tut. et curat.* Num igitur eiusmodi de non alienandis bonis praeceptum vim initii concurſus habeat? ambigitur. Tenet affirmantem opinionem ſummus RECHENBERGIVS, Lipſienſis quondam Facultatis Ordinarius, quam in proluſione, anno 1739. praemiſſa orationi ad memoriam Bornianam, exponit. Quae ſententia quanquam multum veriſimilitudinis habet, tamen vix

impe-

impetrare a nobis poſſumus, vt ipſi aſſentiamur. Nam ſedulo diſtinguendum videtur inter eos actus, qui debitoris adminiſtrationem vel etiam alienationem rerum ſuarum impediunt, et eos, qui ad ipſum concurſum pertinent. Illi conſeruant creditoribus maſſam futuri concurſus et arcent malas fraudes ac prodigalitatem debitoris, quibus illa diminui poſſit; aſt orto ac coepto concurſu, ipſa maſſa, poſt praeuiam litem inter ipſos creditores ſuper diuerſis eorum priuilegiis ventilatam, diſtribuitur, quae ambo quantum inuicem inter ſe diſtent, cum res ipſa tum etiam vel ſola diuerſitas titulorum in Digeſtorum editione vulgata occurrentium: *quae in fraudem creditorum facta ſunt*, atque *de priuilegiis creditorum* ſatis et abunde docet. Nec opus erit, hic repetere, nos, quando de initio concurſus dicimus, ſemper non de materiali, ſed formali, i. e. ipſo iudicio vniuerſali, vel lite tum creditorum cum debitore, tum illorum inter ſe verba facere. Cum itaque eiusmodi bonorum interdictio nullum talem actum iudicialem contineat, quae pars ſit proceſſus vel iudicii litisue, deinde etiam, vt verba legis oſtendunt, inhibitio, de qua loquimur, ab vno etiam creditore peti ac impetrari queat, reliquis vel nomen ſuum plane non profitentibus, vel poſtea demum accedentibus, videmur nobis non inique facere, ſi illud praeceptum, aeque ac bonorum ceſſionem, ſolummodo tanquam praeparationem et quaſi nuncium concurſus propediem futuri intueamur et vtramque rem diligenter ſeparemus. Neque obeſt, quod eiusmodi praeceptum, nonniſi debitore bonis lapſo, dari poſſit, *O. P. R. ad t. LI. §. vn.* et eo inſinuato omnis executio ceſſet; nam haec omnia pertinent eo, ne, *inſtante concurſu*, aut maſſa diminuatur, aut, debitore vni vel alteri creditori intempeſtiue ſoluente, pignoriue dante, reliquis damnum naſcatur. Tacemus, non ſatis conueniens videri, huic interdictioni plus efficaciae tribuere, quam arreſto, in cuius locum legislator eam ſubſtituerat; quae ſubſtitutio eo facilior erat, quo magis iam antea inter vtramque rem tanta ſimilitudo intercederet, vt ICti ab vno ad alterum argumentum duci poſſe crederent, MEVIVS *de arreſt. c. 1. §. 25.* COLERVS *Proc. exec. P. 3. c. 17. no. 54. ſq.*

ADNO-

## Adnotatio II.

### *Quaedam de citatione edictali in concurſu creditorum.*

§. I.

Citatio edictalis, quam plerumque initium concurſus efficere ſuperius adnotauimus, in hoc iudicio vtiliſſima atque adeo neceſſaria putatur, LVDOVICI *Conc. Proc. c.* 3. *§.* 1. *ſq.* BRVNNEMANN *de concurſ. cred. c.* 2. *§.* 2. et STRYCK *ad h. l.* HOFFMANN *teutſch. R. prax. To. II. §.* 1237. vnde et hodie fere vbique obſeruatur, KNORR *Anleit. z. Proc. L. III. c.* 7. *§.* 2. ſiue tantummodo ad creditores ignotos, reliquis ſigillatim citatis, ſiue ad omnes ac ſingulos dirigatur. Debet iure communi ter repeti, LUDOVICI *l. c. §.* 9. KNORR *l. c.* BRVNNEM. et STRYCK *l. c. §.* 3. niſi vna ſpatium trinum contineat, quod iure Saxonico conſtat ſecundum regulam eſſe trium ſpatiorum Saxonicorum. At iure Electorali differentia cernitur, tum quoad dictum ſpatium, tum quoad locum affixionis intuitu perſonae debitoris communis, prout nempe aut mercaturam exerceat, aut bonorum feudalium dominus ſit, an vero ſolummodo poſſeſſor allodialium, nempe vel ciuitatis incola, vel ruſticus. Fundamentum huius rei eſt cum in Reſolutionibus Grauaminum de anno 1661. *tit. v. Iuſtit. S. §.* 10. tum in lege iudiciaria de anno 1724. *ad tit. XLI. §.* 2. quae vtraque lex noſtris in terris a vulgato trium ſpatiorum Saxonicorum tempore, quod regulariter omni edictali citationi ineſſe debet, AVG. FERD. HOMMEL in *progr. de edictali citatione a.* 1755. *emiſſo*, et CAR. FERD. HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 132. tertiam partem reſecauit, integro ſpatio ſolis concurſibus mercatorum atque eorum poſſeſſorum, qui praedia feudalia, *Rittergüter*, poſſident, relicto, HOMMEL *Rhapſ. l. c.* ſiue, vt nobis videtur, ipſi ſint ex perſona ſua nobiles ſiue minus.

§. II.

Quoad locum affixionis RIVINVS *ad tit. IV. enunc.* 42. itidem diſtinguit inter concurſum creditorum ratione bonorum feudalium ac ratione non feudalium, quorum in

illis

illis creditores citandi ſunt in tribus ciuitatibus arctioris et plenioris conuentus Statuum, in hoc vero in trium diuerſorum dominorum territoriis. Quod quanquam forte de concurſibus mercatorum vſque ad legem recentius latam fieri potuerit, quippe quorum nulla mentio in allegato Reſolutionum de a. 1661. loco facta erat, tamen quomodo vir ſummus in omnibus reliquis bonorum non feudalium poſſeſſoribus citationem in diuerſis territoriis deſiderare potuerit, non video, cum lex clare in bonis allodialibus ac ruſticis, *in Erb-und Bauergütern*, ne affixionem quidem in ciuitatibus poſtulet, verum ea in tribus diuerſae iurisdictionis locis contenta ſit. Sed haec quomodocunque ſint, iſtae ciuitates, prout verba legis habent, eſſe debent in maiore minoreue delectu *in drey Städten des engen und weiten Ausſchuſſes.* Id quod recentiori lege, contra obaeratos debitores a. 1766. lata, ita dilatatum eſt, vt hodie nulla omnino diuerſis territoriis citatione opus eſſe, pro certo affirmari queat. Sed vnde haec legis de tribus ciuitatibus ſanctio? Qui a iuris Saxonici publici notitia haud plane alieni ſunt, ii non ignorant, in his verbis rationem haberi concilii publici, ad quod Sereniſſimus Elector poſt definitum certum annorum numerum ſubditos ſuos, ſeu Status potius, ad conſultandum de communi Saxoniae ſalute conuocare ſolet, inter quos etiam ſingulae ſunt ciuitates. Harum vero cum magnus profecto ſit numerus, delectus habetur praecipuarum, *ein Ausſchuſs*, quae arctius et preſſius inter ſe deliberent, quae tamen iterum in duo corpora ſegregantur, adeo vt eminentiores ac nobiliores, *der enge Ausſchuſs*, reliquae *der weite Ausſchuſs* appellentur, SCHREBER *von den Landtägen p.* 10. *et* 16. *ſq.* Sic igitur tene. Cum omnis citatio edictalis ſecundum regulam in trium dominorum diuerſis territoriis affigenda ſit, vt docent GAILIVS *L. I. obſ.* 57. WERNHER *P.* 3. *obſ.* 192. *no.* 4. ANT. A MARA *de conc. cred. L. IV. t.* 1. *§.* 3. BERGER *Suppl. ad Elect. D. F. P. II. p.* 1623. ac CARPZ. *Proc. t.* 7. *art.* 4. *no.* 40. inprimis in concurſibus creditorum maioris momenti, LVDOVICI *Einl. z. Conc. Proc. c.* 3. *§.* 11. ſummus vero legislator ambages atque difficultates coarctare cuperet, ſatis eſſe putabat, trium dominorum territoriis, in quae antea omnis citatio edictalis mittenda erat, ſubſtituere, niſi in omnibus

con-

concurſibus creditorum, ſaltim in iis, quorum debitores bona feudalia in Saxonia poſſiderent, tres eiusdem territorii ciuitates, qua in re aequum erat, vt non in vrbibus minimae exiſtimationis acquieſceretur, nec forte in proxime vicinis, quod iure canonico ſufficere putatur, *c. vn. Clem. de for. comp.* P. MÜLLER *ad Struv. S. I. C. ex.* 5. *ſ.* 12. ſed in talibus affixio fieret, quae inclytae et alicuius famae eſſent, atque prae ceteris eminerent, vt eo facilius praeſumi poſſet, ſufficientem inde notitiam ad creditores peruenturam eſſe, quippe quod eſt conſilium omnis citationis.

§. III.

Apponamus in gratiam eorum iudicum, qui aut, quaenam ciuitates Saxoniae ad delectum vel anguſtum vel anguſtiorem ſint referendae, ignorant, vel etiam eorum, qui in promtu habere cupiunt, earum nomina. Sunt vero ciuitates *des engern Ausſchuſſes* hae octo: *Lipſia, Viteberga, Dresda, Zwickauia, Freiberga, Chemnitium, Longoſaliſium et Torgauia;* verum ad ciuitates *des weitern Ausſchuſſes* pertinent ſequentes, numero XVIII: *Annemontanum, Leucopetra, Miſena, Ileburgum, vrbs Haynenſis, Weiſſenſeenſis, Herzbergenſis, Schmiedebergenſis, ac Schneebergenſis, Liebenwerda, Mariaemontanum, Plauia, Neoſtadium ad Orlam ſitum, porro Weyda, Delitium, Wurzena, Tenſtadium, et Sangerhuſium,* vid. *Chur-Sächſ. Land-und Ausſchuſs-Ordn. de a.* 1728: Quibus recens accedunt, gratia Principis quaſi poſtliminio reſtitutae *Pirna* et *Oelsnicium.* Quod vero ad ditiones epiſcopatuum in Saxonia attinet, ipſis eadem lex eſt, ſed ſunt aliae ciuitates. In epiſcopatu Merſeburgenſi ad delectum maiorem ac minorem pertinent ex ea ditione Merſeburgum ipſum, item Schaafſtatium et Zwenckavia. In tribus igitur harum ciuitatum debet affixio citationis fieri. An vero liberum ſit, velitne iudex intra Electoratum Saxonicum ſingulas tres ex delectu anguſto, vel ſingulas ex anguſtiore ſeligere, an vero ſingulas ex vno atque altero, ambigitur. Nobis ei arbitrium relictum videtur, cum lex de hac re nihil certo conſtituat. Quod enim in *O. P. R. ad tit. XXXIX. ſ.* 13. de publica notificatione vendendorum ſub haſta praediorum feudalium dicitur, haec eſſe praeciſe in curia Dresdenſi

denſi ac Lipſienſi, et praeterea adhuc in valuis praefecturae, vbi praedium ſitum ſit, affigenda, id dubito, an etiam ad citationes edictales transferendum ſit, etſi ſummus GRIEBNERVS *ad h. l.* ita exiſtimet, omni tamen, vt nobis videtur, cauſa deſtitutus. Nam profecto alia res eſt vendendorum publice praediorum, ad quae comparanda Dresdae vel Lipſiae facilius emtores inuentum iri, iudicari poteſt, quam citandorum creditorum, quorum forte plures in aliis a loco concurſus fortaſſe non adeo diſſitis ciuitatibus nobilibus reperiuntur; quamuis non negauerim, conſilii eſſe, ac vtile fore, citationem ſaltim in vna vel altera harum duarum vrbium affigere. De eo vero dubitatum eſt, num, ſi coram aliquo praefecto per edictalem citationem concurſus incipiendus ſit, ea ipſa ciuitas, in qua praefecturam exercet, in ternarium numerum computanda ſit? Eadem quaeſtio occurrere poterit, quando coram magiſtratu alicuius ciuitatis ex vno vel altero delectu concurſus ventilatur; quo vtroque caſu non dubitamus, *praeter hanc* in aliis adhuc tribus ciuitatibus affixionem neceſſariam eſſe; de qua re vid. *Reſcr. d.* 21. *Sept.* 1786. Etſi enim ex verbis allegatarum Reſolutionum legi ſatisfieri videtur, modo numerentur tres ciuitates, in quibus vno eodemque tempore affixio fiat, tamen dudum communi vſu Saxoniae et dicaſteriorum opinione receptum, atque adeo lege recentiori *d. n. Banqu. Mand. d. a.* 1766. *§.* 17. *n.* 2. verbis: *auſſer dem foro concurſus,* (quae verba quamuis in §. 22. eiusdem legis, vbi de debitoribus non-mercatoribus agitur, non repetantur, tamen ob rationis paritatem et hic accommodanda eſſe, arbitramur) comprobatum eſt, omnem edictalem citationem ante omnia affigendam eſſe in ipſo loco et iudicio concurſus, ac praeter hunc demum, habita debitorum ratione, in tribus vel vrbibus, vel diuerſae iurisdictionis locis. Quid enim aequius eſt, quam vt inprimis iis ciuibus et incolis, qui in loco domicilii obaerati debitoris degunt, notum fiat, eſſe inter ſuos aliquem, cuius creditores conuocentur? Poſito itaque hoc, certe legis de trino vrbium numero nec vim nec verba aſſequeremur, ſi locum concurſus inter loca affigendae edictalis citationis connumeraremus. Haec, quod ad mercatores attinet, poſtea legis facta ſunt, *Banqu. Mand. de a.* 1766. *§.* 17. *no.* 2. De reliquis res non adeo expedita, quoniam in

§. 23. eiusdem legis iſta omiſſa. At nihilominus ICti Lipſienſes idem iuris et in non-mercatoribus eſſe exiſtimarunt. Cum enim anno 1772. vnus ex praefectis Grimmenſibus ſatis eſſe exiſtimaret, creditores conuocare in tribus vrbibus, connumerata Grimmenſi, menſe ſeptembri eiusdem anni ſequentem ſententiam tulerunt: *Des curatoris litis wider die auſsen gebliebenen gläubiger angebrachte ungehorſamsbeſchuldigung hat nicht ſtatt, ſondern es ſind ſelbige nach vorſchrift ʃ. 10. der erledigung derer landesgebrechen vom jahr 1661. an dreyen orten unterſchiedlicher jurisdiction, immaſsen die fol. 1ᵇ, 2ᵇ und 4ᶜ bemerkten nicht dafür zu achten, anderweit gebührend vorzuladen.*

## §. IV.

Quae de locis, vbi citationes edictales affigendae ſint, hucvſque diximus, mutata, aut potius dilatata atque extenſa ſunt per ſaepe allegatam legem, contra decoctores a. 1766. repetitam, vbi, quod ad mercatores attinet, praeter iam dicta, §. 17. recens ſancitur, citationem ſupra illas tres vrbes, etiam in tria inclyta emporia, *drey anſehnliche Handelsplätze*, praeſertim ea, in quibus praecipui creditores verſentur, affixionis cauſa eſſe mittendam. Res ſaluberrimo conſilio praecepta! inprimis cum nunc eadem citatio creditores tam ad agendum in concurſu, quam ad tentandum pactum remiſſorium vocet, in quo poſteriori conſtat maximam eſſe vim ac praeiudicium eorum creditorum, quibus plus quam ceteris debetur. Attamen res exitu difficilis reperta eſt! Vt enim taceamus, incertum eſſe, qualem vrbem legislator ſub nomine emporii intellexerit, num eam ſolum, quae nundinarum priuilegio gaudeat, an vero etiam eam, in qua plures mercatores ac negotiatores non incelebres verſentur, docuit etiam euentus, ſi debitor communis, praeſertim in emporiis longius remotis et extra Saxoniam ſitis, multum negotiatus eſſet, apud magiſtratus, a iudice concurſus requiſitos, non eam curam et promtitudinem in adminiſtranda iuſtitia cerni, cui in Saxonia Electorali adſueti ſumus, potius citationes edictales vel plane non, vel nonniſi poſtulatis immodicis ſportulis affigi, vel denique diuerſimode peccari, aut non relinquendo, quod lex exigit, integro ſpatio vel omiſſa continua appenſione, vel alio modo.

Cum

Cum igitur ea res praeſertim in iudicio mercatorio Lipſienſi fere in omni concurſu multum difficultatis commoueret ac moram necteret, facta eſt ad Sereniſſimum Electorem humillima relatio, quae effecit, vt Senatui Lipſienſi d. 11. Iunii 1770. ita reſcriberetur, vt nunc electio iſtorum emporiorum ſoli arbitrio iudicis relicta videatur. Hocce Reſcriptum, etſi iam a KÜSTNERO, *ad Griebnerum* inter additamenta *p.* 74. relatum ſit, tamen et nos hic adiiciemus: *Uns iſt geziemend vorgetragen worden, was ihr, in ſachen C. K. concurſum creditorum betreffend, mittelſt unterthänigſten berichts vom 7. May jüngſthin angezeiget, und wie ihr zugleich um unſern beſcheid, in anſehung der nach dem banqueroutiermandate zu ertheilenden requiſition um affixion derer edictalien an auswärtigen orten, gebeten. Gleichwie nun in denenjenigen fällen, da die affixion der edictalien an ſolchen orten, wo die ſtärkſten creditores ſich befinden, entweder gar nicht, oder nur unzulänglich, auch nicht anders als mit aufwand groſser koſten zu erlangen ſtehet, hinlänglich iſt, wenn ſelbige auſser dem foro, wo der concurs anhängig, annoch in andern drey verſchiedenen anſehnlichen handelsplätzen bewirket wird; alſo begehren wir hiermit, ihr wollet hinkünftig euch darnach gehorſamſt achten, auch dem gemäſs in gegenwärtiger Sache, in anſehung derer im letztern termino liquidationis auſsengebliebenen creditorum anderweit edictales erlaſſen. Mochtens euch, nebſt remiſſion 1. vol. act. nicht bergen, und geſchiehet daran unſere meynung. Datum dresden, am 11. Iun.* 1770.

## §. V.

Sanctionem de affigenda in tribus ex vtroque delectu Saxoniae ciuitatibus citatione in Luſatia ſeu ſuperiori, ſeu inferiori locum habere non poſſe, per ſe patet. Quapropter interdum dubitatum eſt, quae illarum loco ciuitates ſint ſurrogandae? At vero in Luſatia ſuperiori is modus citandi plane ceſſat, potius ibi in omni concurſu ſeruatur adhuc citatio edictalis communis, in tribus diuerſorum dominorum territoriis affigenda, per Gen. d. 14. Febr. 1780. et legem in iſta terra contra decoctores, d. 2. Aug. 1783. latam ac

d. 27. Sept. ei. a. promulgatam, *§. 17. et 22.* cum hac tamen duplici cautione, primum vt pro alieno territorio nec Luſatia inferior nec terrae Electoratus Saxonici, aut Comitum Ruthenorum ſimilesque habeantur, deinde, vt appenſio praeter iſta tria aliena territoria, nihilominus adhuc in vno Luſatiae ſuperioris loco fieri debeat; quae omnia patent ex reſcripto d. 30. Ian. 1740. dato, *in ſuppl. C. A. T. III. p.* 315. cf. *O. Amts-Pat. de* 15. *Febr. ei. a. ib. p.* 123. Haec eo minus miranda ſunt, cum nec in ipſis Electoratus Saxonici terris eae prouinciae, quae regimini epiſcopatuum ſubſunt, teſte RIVINO *ad tit. IV. enunc.* 44. vnquam pro alienis territoriis habitae ſint. Quoad Luſatiam inferiorem aliter ſe res habet. Quamuis enim et haec olim edictalem citationem in tribus territoriis diu ſeruaſſet, tamen nunc in hac re fere Electoratui exaequata eſt, hoc tamen diſcrimine, vt loco trium ciuitatum ex ſupra dictis delectibus duae tantum ex quinque circulis, in quos Luſatia inferior diſtribuitur, ſupponerentur, ac praeter has ipſa Summa Praefectura Lubbenenſis adderetur; id quod factum anno 1767. ſequenti reſcripto, d. 18. Martii ad dictae praefecturae regimen dato, *Suppl. C. A. T. III. p.* 397. *Wir genehmigen, daſs die edictalcitationes bey denen zu rittergütern im marggrafthum Niederlauſitz ſich ereignenden concurſen ſtatt der zeither bey euch üblichen affixion in dreyer herren landen, nach Anleitung deſſen, was in denen churfürſtlichen alten erblanden wegen der affixion in drey ſtädten des engern und weitern ausſchuſſes verordnet, führohin nur bey euch und in zwo niederlauſitziſchen creyſsſtädten affigiret werden mögen.*

ADNO-

## Adnotatio III.

### *De ſatisdatione pro expenſis generalia quaedam.*

### §. I.

Perperam CARPZOVIVS *Proc. Tit. IX. art.* 5. *ſ.* 4. ſq. cautionem expenſarum loco faciendam iure Romano incognitam fuiſſe putat, magis perperam ex ſolo iure Saxonico originem traxiſſe, affirmat. Quod ad poſterius attinet, locus, quem allegat ex iure prouinciali Saxonico *L. II. art.* 9. tum non de hac cautione, ſed de ſatisdatione iudicio ſiſti, vtrique parti iniungenda loquitur: *Der richter ſoll auch bürgen haben von dem kläger, und von dem, auf den die klage gehet, daſs ſie zu rechte vorkommen wollen;* tum, approbante etiam gloſſa, nonniſi de iudicio criminali agit. Eiusdem conditionis alius eſt locus, qui *ex L. II. art.* 6. huc trahi ſolet: *Wer ſo viel eignes in einem gerichte hat, daſs es mehr werth iſt, als ſein wehrgeld ausmachet, der darf keine bürgen ſetzen, wenn man ihn wegen eines verbrechens anklaget.* Non ergo adſtipulari poſſumus HEINECCIO *Elem. I. Germ. L. III. t.* 5. *ſ.* 173. qui non ſolum interpretem latinum inique reprehendit, quod verba dicti articuli IX. *vorkommen wollen* verterit *iuri ſe repraeſentent,* cum tamen optimi codices habeant *vorkommen wollen:* ſed etiam ipſum hunc locum de cautione litem perſequendi intelligit. Huius enim nulla mentio ſit in iure prouinciali Saxonico, eo clarius tamen in Sueuico *cap. III.* in neutro autem ſatisdationis pro expenſis. Quapropter vana ſane opinio GVNDLINGII, qui *ad Dig. L. II. t.* 8. *ſ.* 11. *p.* 150. cautionis pro expenſis originem inde petit, quia iudices debuiſſent ſcabinis, iudicium conſtituentibus, itineris ceterasque impenſas reddere. Eo certius vero eſt, vtriusque ſatisdationis iam in iure Romano, etſi non antiquo *pr. I. de ſatisdat.* Iuſtinianeo tamen veſtigia reperiri. Etenim Imp. Iuſtinianus *Nou.* 96. *c.* 1. *et Nou.* 112. *c.* 2. nouam ſatisdationis formam inuenit, quae ſoli actori imponeretur, cum reliquae fere omnes eousque vſitatae vel rei tantum eſſent vel vtrique parti communes. Ex Iuſtiniani itaque dicta lege libellus non prius ei, vnde peteretur, mittendus erat,

quam actor vel ſubſcribendo, vel fideiuſſorem dando caueret 1.) ſe intra duos menſes litem conteſtaturum, hoc eſt eam perſecuturum, 2.) in lite vſque ad finem permanſurum, 3.) ſi litem perditurus ſit, decimam partem eius ſummae, quam in litem deduxerat, *ſumtuum ac expenſarum nomine* reo daturum eſſe, cf. MENCKEN *Proc. ad tit. XIII. §.* 2. quod poſtremum nihil noui erat a Iuſtiniano, vt gloriatur, excogitati, ſed poena illa temere litigantium antiquiſſimo iure introducta, attamen mox vſu deſtituta, *§.* 1. *I. de poen. tem. litig.* cf. RITTERSHVSIVS *iure Iuſtinianeo P. IX. c.* 13. *no.* 4. Fideiuſſore non inuento cautio iuratoria admittebatur. Iudex vero atque executores eius prohibebantur, quemquam, hac cautione ab actore non praeſtita, in iudicium vocare. En! quanta cum noſtra guaranda ac cautione pro expenſis ſimilitudo. Quemadmodum igitur in rem iudiciariam hodiernam, praeter ea, quae vt plurimum ex iure canonico fluxere, multa quoque ex iure Romano irrepſerunt, quod negari nequit, ſic nobis ex hoc genere etiam cautio pro expenſis, eſſe videtur, prudenter tamen in eo a Germanis correcta, quod actor litem perdens reo non loco expenſarum quotam litis, ſed ipſas expenſas refundere, atque eius rei ergo ſub initium litis in certam quantitatem, quae iudici aequa videretur, cauere deberet, cum contra modo Iuſtinianeo neceſſarium fere eſſet, vt is, vnde petebatur, litis victor, vel expenſarum partem amitteret, vel iniuſtum lucrum caperet. Conſuetudo vero Saxonica alteram hodiernae cautionis partem *pro reconuentione* addidit, quippe cuius actionis apud ſolos Saxones ea natura eſt, vt nonniſi cauſa principali deciſa in eodem iudicio inſtituatur, cum fere in omnibus reliquis terris vtraque lis pari paſſu ambulet. Dicit enim ius prouinciale Sax. *L. I. art.* 60. *in fine*: *Wo der mann recht fodert, da ſoll er auch wieder rechtens pflegen und zu rechte verhelfen*, *L. III. art.* 12. *Wenn ein mann auf den andern klaget, und dieſer wieder auf ihn, ſo darf der ſo erſt klaget dem andern nicht antworten, dieſer ſey denn erſt von ihm los;* cf. MENCKEN. *Proc. ad. t. VI. §.* 1.

§. II.

## §. II.

Quamuis hoc cautionis remedium vtiliſſimum ſit ac ſaluberrimum, ad retinendos temerarios litigatores, ſic enim ſine dubio intelligendus Imperator, curam egiſſe iura conſtituentes, ne homines *facile* ad litigandum procederent, *pr. I. d. poen. tem. lit.* nihilominus tamen ingentem abuſum cautionis pro expenſis quotidie cernere licet, qui tamen eo magis vitandus, quo certior regula eſt, quam ponit ESTOR *Anfangsgr. d. gem. Proc. c.* 77. *§.* 2127. *not. et* HOFFMANN *teutſch. Reichs Pr. c.* 74. *§.* 374. *not.* cautione pro expenſis neminem eſſe abſque ratione onerandum. Solet enim eſſe commune confugium eorum vnde petitur, palladium iniquorum debitorum, tutamen fugientium reorum, et ſacra ancora eorum, qui in aeris alieni vndis natant, prudens denique, ſi diis placet, conſilium, quod omni tempore in promtu habent aduocati, qui, bona fide eiurata, nihil magis ſuadendum credunt, quam vt iis aduerſario qualicunque modo durior ac difficilior reddatur. Hac facienda pro expenſis cautione homines egeni dici non poteſt, quantum a potentioribus ac ditioribus premantur, vnde multi ſunt, quibus, impoſita ipſis a iudice 30. vel 50. thalerorum cautione, quos vel non poſſident vel iis in re ſua familiari carere nequeunt, nec tamen ad iura pauperum conſequenda ſatis apti, neceſſe eſt coeptam litem deſerere, cui non iuſtitia deeſt, ſed parata ac otioſa pecuniae ſumma, pro petitorum facultatibus nimis magna. Saepe etiam actor per ipſam actionem ſummam haud multo maiorem, aut minorem etiam, petit, quam ea eſt, quae cautionis loco exigitur, qua ſi carere poſſet, forte ipſas litis moleſtias ſubiturus haud fuiſſet. Cogitemus nobis hominem, qui, dum domi egeſtate premitur, conſtituit exigere ab alio haud inope nomen triginta forte vel quinquaginta thalerorum bonum ac verum, quod ad caſum futurae litis ſibi ſeruauerat, at ille debitor, indigentiae vt cauſam miſero difficillimam reddat, excipit de cautione pro expenſis nondum praeſtita, atque, dum actor huic praeſtandae non idoneus eſt, retinet iniuſte pecuniam, olim in neceſſitatibus ſuis mutuo acceptam! Iuſtumne hoc vel aequum putaueris? an vero pro abuſu cautionis pro expenſis habendum? Haec cauſa eſt, cur Ordo Iuridicus Lipſienſis durum ſemper exiſtimauerit

eam cautionem actoribus in cauſa minuta iniungere, non obſtantibus verbis generalioribus *O. P. R. ad tit. XIII. ſ. vn.* Etenim primum non abs re praeſumendum erit, legis auctorem iam tunc in anteceſſum voluiſſe, vt nullus eius abuſus concederetur, ac ea tantum in futurum interpretatio locum habeat, quae ſaluti ciuium conueniens eſſet; deinde notum eſt, totam Ordinationem Proceſſus, ſi appendicem exceperis, ſolum de modo in iudicio procedendi ordinario agere, cauſae minutae vero ad proceſſum ſummarium pertinent, F. A. HOMMEL *vom Referiren ſect. III. c. 4. ſ. 164.* In plerisque autem cauſis ſummariis ſatisdationem pro expenſis ceſſare, quamuis olim alia fuerit doctorum doctrina, NICOLAI *Proc. c. 36. no. 10.* BERGER *Oec. iur. p. 766. edit. nov.* tamen hodie fere conſtans eſt dicaſteriorum opinio, vnde nec in poſſeſſorio ſummariiſſimo, nec in cauſis rationum, nec politiae et ſimilibus locum inuenit. Profecto haec opinio ſolido fundamento nititur. Nam conſtat in cauſis omnibus ſummariis ea cuncta ceſſare, quae ad ſubſtantialia proceſſus non pertineant, inter quae ſatisdationem pro expenſis referre, turpe foret, fatente etiam HOFFMANNO *l. c. ſ. 374. not. a.* denique eadem Facultas ex quibusdam ſingularibus reſcriptis ad aliquot Saxoniae iudices, et inter alia d. 15. Dec. 1725. ad praetorem Lipſienſem atque d. 11. Apr. 1755. ad pagi Zedlizienſis iudicem, cf. BERGERI *Oec. iur. p. 766. edit. nouiſſ.* de non exigenda in cauſis minutis cautione miſſis, intellexit, nunc ipſis ſummis Principibus aequius ac conſultius videri, ſi actores in cauſis minutis a cautione pro expenſis liberentur, quorum Reſcriptorum illud, quod in Continuatione Codicis Auguſtei To. I. p. 275. inuenitur, eo magis memorabile, quod datum ſit d. 15. Dec. 1725. proximo poſt nouam illam legem iudiciariam anno, quapropter a Facultate Iuridica iuſtum exiſtimatur, hanc interpretationem authenticam ſequi. cf. C. F. HOMMEL. *Rhapſ. obſ. 14.*

## §. III.

Haud abſimilis abuſus iſtius cautionis et hic eſſe cenſetur, quando tunc exigitur, vel imponitur, cum vel certum ſit, vel probabile ſaltim, actorem minime condemnatum iri

iri in expenſas. Inde mirabile ſemper viſum, ſententias, praeſertim inſtituto proceſſu executiuo, vel a iudicibus vel a dicaſteriis latas, legere, quibus reus actori in petitam ab eo ſummam condemnatur, ſaepiſſime quoque cum refuſione expenſarum, et tamen in eiusdem ſententiae initio eidem actori, qui mox ex hac ſententia ſuum conſequetur, cautio pro expenſis iniungitur, ac reus, quamuis condemnatus, tamen prouida cura ſecurus conſtituitur, vt habeat, vnde ipſe expenſas litis ab actore victoriam reportante repetere poſſit. Cautio pro expenſis ſolet plerumque vt exceptio dilatoria opponi, ESTOR *teutſch. Reichsproc. To. I. t.* 262. *§.* 2156. *l.* ZANGER *de except. P. II. c.* 21. *§.* 1. FERD. AVG. HOMMEL *L. c. ſect. II. c.* 1. *§.* 52. et ipſis legibus inter eas exceptiones refertur, *Conſt. El. Sax.* 3. *P. I.* Quomodo itaque conciliari inter ſe poterit, in vna eademque ſententia exceptionem dilatoriam admittere, et tamen reum condemnare, ſiue litem eodem tempore et differre et perimere? Eiusmodi mens legislatoris nullo modo eſſe potuiſſe videtur. At, obiicietur nobis, dum ſententia condemnatoria feratur, incertum eſſe, num in rem iudicatam ſit tranſitura, an vero interpoſitis forte remediis mutationem ſubitura. At vero, decetne dicaſterium, quod de iure reſpondet, et ſententias nonniſi actis conformes ferre ſolet, ita vacillare, tantamque incertitudinem oſtendere, vt dubium ſit, an recte condemnauerit? Deinde, ſi verum eſt, quod BOEHMERVS *Conſult. To. II. reſp.* 877. *no.* 4. dicit, et in quo omnes conſentiunt, qui probabiliter litiget, eum non poſſe in expenſas litis condemnari, neceſſario ſequitur, illum, de quo diximus, actorem, etiamſi forte mutata futuro tempore ſententia, tamen nunquam reo in reſtituendas expenſas condemnatum iri, quoniam, qui ſemel ſententiam definitiuam ſibi fauorabilem tulerit, haud temere litigauit, F. A. HOMMEL *Lib. cit. §.* 102. ex quo manifeſto apparet, in omni ſententia definitiua condemnatoria iniunctionem cautionis pro expenſis plane inutilem ne dicam ridiculam eſſe. Haec commouerunt Ordinem ICtorum Lipſienſium, vt in eiusmodi ſententiis ſatisdationem pro expenſis omittere ſoleat. Nolim tamen idem ad eas cauſas accomodare, quae iureiurando, ab actore reo delato, finiuntur, ac vbi, ſi ille iuramentum calumniae, hic delatum iurauerit, etiam compenſatio expen-

ſarum obtinet. Cum enim praeuideri non poſſit, anne actor iuramentum calumniae ſit deſerturus, reliquus manet caſus reſtituendarum ab actore impenſarum.

## §. IV.

Quemadmodum iure ciuili nullus vſusfructus loco poſſeſſionis eſt, neque eximit a ſatisdatione, *l.* 15. *§.* 1. *D. qui ſatisd. cog.* BERLICH. *P. I. concl.* 20. *no.* 33. ita nec iure Saxonico putandum eſt, vnumquemque vſumfructum a cautione liberare; hoc enim ſi aſſumeremus, quilibet pater, ac quilibet maritus immunes forent, quorum vxores liberiue ſaepe parum bonorum habent, interdum et ab ipſis vſufruentibus dudum perdita et conſumta. Corpore vero, in quo vſusfructus conſtituitur, ſublato, ipſe vſusfructus perimitur, *pr. §.* 3. *I. de vſufr.* Quale ergo auxilium ac qualis ſecuritas reis foret in eiusmodi vſufructu, expenſarum loco, aliquando repetendarum? Exinde neceſſario conſequitur, in hac ſpecie, vbi vſusfructus vicem cautionis parata pecunia, vel fideiuſſoribus pignoribusue praeſtandae obtinere debet, eiusmodi vſumfructum deſiderari, in quo, vt PAVLVS *l.* 4. *D. de vſufr.* ait, *aliquid extat, quod vel praeſens, vel ex die dari poteſt*, haud dubie eo conſilio, vt reus caſu emergente habeat, vnde ſportulae iniuria erogatae reddi poſſint. Vix itaque impetrare a nobis poſſumus, vt credamus, legislatorem in *§. vn. O. P. R. ad tit. XIII.* de cuiuslibet rei, etiam mobilis, vſufructuariis loqui, quippe quod conſilio legis plane non accommodatum eſſet, indeque recepta eſt in Facultate Iuridica Lipſienſi ſententia, actores, nonniſi per vſumfructum alicuius rei immobilis a cautione eximi. Et ſic intelligenda ſunt ea, quae ad BERGERI *Oeconomiam p.* 768. *ſub finem notae* 5. annotata leguntur. Vſusfructus enim natura ſua abſque poſſeſſione ſaltim ciuili eius rei, cui inhaeret, exerceri nequit, nam alias foret non vſusfructus, ſed ius, fructus ex aliena adminiſtratione, vel reditus annuos ab altero exigendi, ad vſumfructum vero traditio requiritur, MÜLLER *ad Struv. S. I. C. ex'* 12. *th.* 12. quae forte ratio fuit, cur legislatores, quemadmodum omnem fundi poſſeſſionem, ſic etiam eam, quae vſufructuarii eſſet, cauſam remittendae cautionis pro expenſis eſſe voluerunt. Ex his igitur, quae dixi-

diximus, efficitur, nec patrem nec maritum ex legali vſufructu eiusmodi immunitatem conſequi poſſe, niſi vxor liberiue fundum vel dotalem vel alium habeant, ex quorum reditibus, ſi opus eſſet, reus expenſarum repetitionem accipere poſſet, SEYFERTH *teutſch. Reichsproc. c.* 4. *ſ.* 17. *no.* 6. HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 150. Eandem quaeſtionem ſaepiuscule incidiſſe recordor, quando in pagis ſolent venditores ſibi certum numerum variorum fructuum reſeruare, ex vendito fundo quotannis praeſtandorum, *die Auszügler*, quos interdum pro vſufructuariis habendos eſſe, viſum eſt. Aſt, non ſunt vſufructuarii, verum ipſis nonniſi ius alimentorum ex alieno fundo capiendorum competit, quae iudex aegre cum famis periculo per executionem auferet, ergo nec minus a ſatisdatione liberabunt. Multum quoque differunt ab annuis reditibus irredimibilibus, ex praedio aliquo ſoluendis, qui ad exemtionem a cautione prodeſſe putantur, BERLICH. *P. I. concl.* 20. *no.* 40. *ſq.* NICOLAI *Proc. c.* 36. *ſ.* 9. Sic itaque tene. Quando v. g. venditor pater in emtorem filium dominium praedii conferat, *das Gut in Lehn reichen läßt*, ſed reſeruet ſibi vſque ad certum temporis terminum adminiſtrationem praedii, atque curam fructuum quaerendorum, *die Wirthſchaft und Haushaltung*, tunc ille vere eſt vſufructarius. Idem, quando pater filio ipſum quidem praedium tradat ita, vt ipſi libere de eo agere liceat, ſibi vero non ſolum annua alimenta, certis definitisque fructuum generibus diſtincta, ſed praeterea quoque aliquem fundum, fundiue partem, quantacunque ſit, proprio arbitrio vtendam reſeruet, v. g. *er ziehet ſich einen halben acker zu erdbirnen aus*, vel, *lein darauf zu ſäen*, in vtraque ſpecie pater tanquam poſſeſſor rei immobilis, qua vſufruitur, liber eſt a ſatisdatione pro expenſis. Et hoc iure dictum collegium vtitur. Conductores vero praediorum immobilium, etſi non omni ex parte vſufructuariis pares, tamen procul dubio durante contractu conductionis in tantum pro vſufructuariis habendi ſunt, vt, ſi actores ſint, ab iſta cautione liberentur, cum in natorum renatorumque fructuum perceptione reo ſatis ſit ſecuritatis circa expenſarum refuſionem; etſi BERGERVS *Oec. iur. L. IV. t.* 19. *ſ.* 2. *not.* 5. *p.* 768. *ed. nov.* contra ſentit.

§. V.

## §. V.

Iam ſupra §. 4. huius Adnotationis vidimus, hodie in Saxonia Electorali a cautione pro expenſis liberos eſſe tum ipſos immobilium poſſeſſores, tum eos, qui tales eſſe iure finguntur, atque inter hos praeter vſufructuarios, officiales, quibus certa ſalaria ſunt conſtituta. Quod ad illos attinet, conſtat requiri, vt praedia eorum in eodem ſaltim territorio in cuius aliquo iudicio lis agitur, ſita ſint. Id in Saxonia tam late patet, vt omnes terras, quae Electori parent, eo comprehendamus. Vnde iure MENCKENIVS *l. c.* *ſ.* 5. CARPZOVIVS *dec.* 226. *ac Proc. L. IX. art.* 5. *ſ.* 77. *ſq.* NICOLAI *Proc. iud. P. I. c.* 36. *ſ.* 7. et BERGERVS *Oecon. iur. L. IV. t.* 19. *ſ.* 2. *not.* 5. *p.* 767. *ed. nou.* ſi quis in aliquo iudicio in terris Sereniſſimi Principis hereditariis ſito agat, v. g. in ſuprema Curia Lipſienſi, fundo inſtructus in ditione epiſcopatus Miſenenſis, Merſeburgenſis vel Numburgenſis ac vice verſa, vtrumque actorem immunem eſſe a ſatisdatione, animaduerterunt, et rebus iudicatis confirmarunt; quod quamuis SCHILTERVS *Exerc. ad Pand. ex. VII. ſ.* 24. negare videatur, tamen in tantum concedit, ſi dominus territorii idem ſit, qui epiſcopatus adminiſtrator, quae eſt rerum conditio hodierna. Quod ad Marchionatum Luſatiae ſuperioris atque inferioris pertinet, laudatus quidem NICOLAI *l. c.* putat immobilia in his terris ſita in reliquis agenti non prodeſſe, at vero cum nulla diſparitatis ratio appareat, ac ſingulae vni domino pareant, viſum fuit Ordini ICtorum Lipſ. etiam hic mutuam bonis immobilibus efficaciam tribuere, cuius rei non leue argumentum in ipſis verbis Conſtitutionis Saxonicae quintae P. I. verſatur, quibus legislator Auguſtus generatim eos a ſatisdationis neceſſitate excipit, qui poſſeſſionati ſint in *ſuis* terris, *ſo unter uns güter hat*, item *in unſern landen beſeſſen*, et *ſo genugſam unter uns beſeſſen;* quae verba niſi iniqui eſſe velimus, ad futuras quoque terrarum acceſſiones extendere debemus, inprimis ſi ea, quae ipſis oppoſita ſunt, intueamur: *Aber der, ſo unter einer fremden herrſchaft eines andern oberherrn iſt*, quod de incolis Luſatiae, ſi ad Electorem Saxoniae reſpicias, dici nequit. Hinc factum, quod poſt Luſatiam in Electoris Saxoniae ditionem iam receptam in Ordinatione recognita

*ad*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0038-9

*ad tit. XIII.* eadem verba generalia: *ſo in unſern landen nicht geſeſſen,* adhiberentur, vt adeo in hac etiam lege is fulcrum habeat, qui, in Luſatia poſſeſſor, in noſtris terris cautionem pro expenſis praeſtare detrectet. Sit itaque regula: Qui in vna domini territorialis ditione bona immobilia poſſidet, is, litigans in alia eiusdem domini terra, non ſatisdat. Hoc obſeruatum eſſe memini in ſummo ſenatu Prouocationum Dresdenſi, ſeſſione aeſtiua a. 1779. cum coram Regimine Sondershuſano vxori L. B. de V. actrici cautionis pro expenſis praeſtatio iniuncta eſſet, ex cauſa, quoniam praedium Bendeleben, quod ipſa poſſidebat, non eſſet in terris Sondershuſanis ſitum. At vero re ad ſummum iudicium delata, correcta eſt ſententia, et actrix immunis a ſatisdando declarata, ex cauſa, quia Elector Saxoniae, ſub cuius ditione nominatum praedium ſitum, ſimul eſſet dominus territorialis in terris Schwarzburgico-Sondershuſanis.

Vnum, quaſi per tranſennam adiiciamus, nempe, per immobilia, quorum poſſeſſio priuilegium de non ſatisdando concedit, intelligenda ſolum ea, quae ſupra terram ſunt, non ſubterranea, ergo metallifodinarum poſſeſſores non liberantur, vti iam memini ad BERGERI oeconomiam p. 768. Ordinem Iuridicum Lipſienſem ita iudicare; cuius ſententiae etiam Scabini Lipſienſes ſunt, exceptis tamen litibus in cauſis ipſis metallifodinarum, obſeruante KÜSTNERO *ad Gribneri comment. ad O. P. R. p.* 166.

## §. VI.

De cetero non opus eſt animaduertere, nec in poſſeſſione, nec in vſufructu immobilium, nec in ſalariis officialium vllam pretii rationem hodie haberi, verum omne, quantumcunque ſit, ſufficere, quae regula quoad immobilium poſſeſſionem ſenſim ſenſimque eo peruenit. Nam etſi falſum eſt, quod BERLICHIVS *P. I. concl.* 20. *no.* 59. cum aliis, dicit, poſſeſſionem actoris iure veteri Saxonico ad liberandum actione ciuili a ſatisdatione aequare debuiſſe valorem vnius werigeldi, prouocans ad ius prou. Sax. *L. I, art.* 5. *cf. ſupra hanc adnot, ſ.* 1. tamen negari

negari nequit, in Reſolutione Grauaminum de a. 1661. *tit. v. Iuſt. S. ſ.* 17. actores, ſi velint immunes eſſe a ſatisdatione, expreſſe iuberi oſtendere, ſe fundos habere pretii 50. thalerorum. Quod tamen Ordinatio Saxonica §. 13. ita correxit, vt quemadmodum paratae pecuniae quantitas, ſic etiam praedii pretium iudicis arbitrio relinqueretur. Tandem cum interpretes viderent, Ordinationem recentiorem reuocare quidem has leges, attamen circa hanc rem verbis nonniſi generalioribus vti: *ſo in unſern Landen nicht angeſeſſen;* vſu euenit, vt nunc qualecunque praedium, minuſculi etiam pretii, ſaepe a maiori cautione pecuniaria liberare poſſit; cf. NICOLAI *l. c. ſ.* 23. Eo iuſtius et aequius videbitur, non modo vnumquemque rerum immobilium vſumfructum, etiam non adeo magni momenti ſufficere, ſed etiam omnes officiales abſque diſcrimine, ſiue magnis ſiue paruis ſalariis fruantur, a cautionis praeſtatione abſoluere. Nec ipſius officii aut muneris aliquod diſcrimen ſtatuendum, niſi vt credamus, publicum aliquod vel tale, quod in republica geratur, requiri; nam alias ii etiam, qui priuatorum negotia pro annuo ſalario gerunt, quid? ipſi domeſtici immunes a cautione forent. Quae cauſa fuit, cur menſe Auguſto 1782. Facultas Iuridica Lipſ. quaerente praefecto Grimmenſi venatori cuidam, qui apud illuſtrioris familiae nobilem inter reliquos primus iisque praepoſitus eſſet, licet proinde quotannis ſalarium haud leue acciperet, *einen Oberjäger* a cautione non liberandum cenſeret; ex quo etiam patebit, quid ſentiendum ſit de adminiſtratoribus praediorum nobilium, *Rittergutsverwaltern.* Quod vero etiam tenuia ſalaria conſilio reſpondeant, ex eo intelligitur, quod, quando expenſae refundendae ſint, ſucceſſiue plurium annorum ſalaria executioni mandari queunt. Scabini tamen Lipſienſes non minus officialem priuati cuiusdam ſalariatum admiſerunt, KÜSTNER *ad Griebner. l. c.*

## §. VII.

Concludamus hanc Adnotationem, ſi prius obſeruauerimus, cautionem pro expenſis indiuiſam eſſe, id quod vim habere poteſt in conſortibus litis. Fingamus igitur, tres eſſe actores, quorum nullus ſit rei immobilis poſſeſſor. Nulla ſuberit dubitatio, omnes ſimul praeſtare cautionem iniun-

iniunctam ipſis triginta plerumque thalerorum, collata inter ſe pecunia, ſed vna tamen ſumma repraeſentanda; neque enim iudex neque aduerſarius ſingulorum ratas accipere tenebitur. Sed quid? ſi vnus ex iis vel praediorum dominus aut fructuarius ſit, vel in officio publico cum ſalario conſtitutus, adeoque hic vnus a ſatisdatione immunis; aut ſi vnus pauper ſit? Num reliqui duo imperatam cautionem tantummodo pro rata, viginti nempe thalerorum praeſtabunt? quod forte non iniquum videatur, ne per vnius conditionem liberationis, reliqui onerentur, qui, ſi ille non immunis foret, nonniſi duas tertias paratae pecuniae contribuere debuiſſent. At nihiloſecius nuperrime Facultas Lipſienſis ſuper ea re interrogata, decreuit, ab illis duobus, qui nihil poſſiderent nec poſſidere praeſumerentur, integram cautionem 30. thal. eſſe exigendam, quoniam ea indiuiſa ſit. Nec conqueri poſſunt, cum, ſi duo ſoli litigarent, eandem ſummam numerare deberent. Sed fac, inter tres actores litis conſortes, finita lite, vnum forte ob deſertum iuramentum deſertamue probationem cauſa cadere, et ad expenſas reſtituendas condemnari, iisdem inter reliquos ac reum compenſatis: Putemusne, reum poſſe expenſarum recipiendarum cauſa executionem in omnem aliquando depoſitam triginta thalerorum ſummam a iudice poſtulare? Minime vero, ſed tantummodo diuiſim, pro ea ſcilicet, quam ſuccumbens ab initio litis ad eam contulerat, ſumma, quippe quae ſola in eius dominio eſt; vt adeo dicere liceat, ſatisdationis dum praeſtatur, eſſe obligationem correalem, verum ſemel praeſtitae dominium diuiſum.

Adno-

## Adnotatio IV.

### *Num curatori bonorum pro expenſis cauendum ſit?*

Quod in concurſibus nec creditores, nec curator litis pro expenſis ſatisdare teneantur, per ſe patet, quoniam hic pro reo habetur, cum illi ob petendi neceſſitatem ac indolem proceſſus liberentur, vt MENCKEN *Proc. Sax. Tit. XIII. ſ. 4. in fine* ait, quod aequiſſimum eſt, e contrario durum foret, ſi curator litis prius tot actores contra ſe excitare eosque ſub iactura nominum ipſorum prouocare, mox autem a ſingulis ſatisdationem pro expenſis exigere velit. Similiter nec in iudicio ex lege diffamari cautio praeſtatur, ESTOR *Reichsproc. P. I. t.* 262. *ſ.* 2156. *c.* Huic rei accedit cum maxime hoc, quod, vt ſupra Adnot. III. §. 2. vidimus, hodie in omni proceſſu ſummario, niſi lege diſerte iubente, cautio pro expenſis, quippe quae ad ſubſtantialia proceſſus non pertinet, STRVV. *exerc. IX. ſ.* 69. imponi haud ſoleat, etſi CARPZOVIO *P. I. c.* 5. *dec.* 26. *et* 28. contradicente. At vero, quando *curator bonorum* extra ipſum concurſus iudicium, ad augendam maſſam ſingularem litem contra aliquem ex debitoribus concurſus mouet, inſtituto praeſertim proceſſu ordinario, num hic pro expenſis ſatisdare debeat? ambigitur. Et ſecundum rationem quidem iuris omnino affirmandum foret. Etenim, quanquam videatur nullum periculum ſubeſſe reo, de expenſis in caſum victoriae a curatore bonorum actore repetendis, cum facillime ex maſſa concurſus refundi poſſint, nihilominus 1) iure communi nemo, etſi paratae pecuniae ſit opulentiſſimus, ab hac ſatisdatione immunis eſt, niſi bona immobilia poſſideat, aut alia ratione excipiatur. At curator bonorum immobilia non poſſidet. Nam, etſi interdum debitor communis ab initio fundos quosdam maſſae inferat, tamen eorum conditio neceſſario haec eſt, vt ex ipſa lege concurſus propediem alienandi ſint, atque vt hoc ſine mora fiat, ipſius eſt officium curatoris bonorum. Non dubium vero eſt, vnumquemque actorem, qui immobilia quidem poſſideat, ſed in procinctu ſit, ea vendendi, ad ſatisdationem pro expenſis coactum iri. 2) Iuxta regulam etiam Syndici ac Procuratores vniuerſitatum cautionem ſaepe dictam praeſtare debent, quod CARPZOVIVS oſtendit *Proc.*

*Tit.*

*Tit. IX. act.* 5. *no.* 53. ſiue bona immobilia habeant, ſiu minus. Siue itaque concurſum creditorum vniverſitatis nomine indignum cenſeas, cum multum diſſimilitudinis intercedat, ſiue eum inter illas quodammodo referri poſſe putes, quod quantum fieri poſſit, ſub finem huius Adnotationis conſiderabimus, forte videri poſſet, curatorem bonorum inter eos, qui a ſatisdatione pro expenſis liberentur, non eſſe numerandum, quam ſententiam cum ESTORE aliquando ipſe Ordo noſter quoad iudicia extra Saxoniam fouit, interrogante Regimine, quod Suerini eſt, Megapolitano, his additis rationibus: *Obwohl eine vniuerſitas ſemper ſoluendo eſſe praeſumiret wird, dergleichen auch die in einem concurſe zuſammenkommenden in gewiſſe Maaſse vorſtellen, annächſt unterſchiedene rechtslehrer dafür halten, daſs derjenige, ſo probabilem litigandi cauſam vor ſich habe, von dem vorſtande der unkoſten halber befreyet ſey,* ESTOR *Gem. und Reichsproc. T. I. t.* 262. *§.* 2156. *c. Dennoch aber und dieweil, wenn auch ein concurſus creditorum im uneigentlichen verſtande eine vniuerſitas zu nennen, gleichwohl hieraus klägers verlangte immunitaet noch nicht flieſst, vielmehr in der regel ein curator bonorum, ſo oft er wider einen tertium klaget, den einem jeden kläger vorgeſchriebenen vorſtand wegen der unkoſten ebenfalls zu leiſten hat,* ESTOR *l. c. §.* 2156. *i. weniger, ob appellant probabilem litigandi cauſam vor ſich, und den proceſs zu gewinnen hoffnung habe, vor der hand zu überſehen.* At vero ab eo tempore idem Ordo, re curatius perpenſa, ſimulque edoctus, plerisque Germaniae dicaſteriis contrariam ſententiam placere, quibus etiam Scabini Lipſienſes acceſſere, annotante KÜSTNERO *ad Griebner. comment. ad O. P. R. p.* 167. ſuam quoque mutauit, curatorem bonorum ab iſto onere omnino eximens, inter varias cauſas etiam ob hanc, quod ratio ſatisdationis exulet. Reus enim a curatore bonorum conuentus ſemper ſecurus eſt de expenſis reddendis, cum iudicium concurſus creditorum abſque tali bonorum maſſa, quanta ſumma ſolet cautionis loco exigi, vix cogitari queat. Tali exemtione e ſententia Facultatis Noſtrae nuper admodum gauiſus eſt curator bonorum in Luſatia ſuperiori, acceptis his rationibus: *O. w. beklagter durch den beſcheid aus der urſache, weil die von ihm vorgeſchützte*



*exce-*

*exceptio cautionis pro expenſis et reconuentione nondum, praeſtitae übergangen worden, beſchweret zu ſeyn vermeynet, und auf die allgemeine geſetzliche vorſchrift, vermöge deren von jedem nicht mit grundſtücken anſäſsigen kläger, ohne in anſehung eines curatoris bonorum, welcher nahmens eines concurſes klage erhoben, eine ausdrückliche ausnahme zu machen, zu beſtellung des vorſtandes der unkoſten und der wiederklage halber, verbunden, Churſächſ. Proc. O. tit. XIII. ſich berufet;* **d. a. u. d.** ***nach hergebrachten gerichtsbrauch curatores bonorum um deswillen, weil eines theils ein concurſus mehrerer gläubiger denen bekannter maaſsen von dem vorſtande der unkoſten und wiederklage halber befreyten vniuerſitatibus gleich zu achten, andern theils die concursmaſſen wegen der etwa von ſeiten des creditweſens zu erſtattenden unkoſten hinlängliche ſicherheit gewähren, mit nurgedachter caution nicht unbillig verſchonet zu werden pflegen.*** Accedit, quod iure communi etiam is, qui mobilia haud facile amouenda, v. g. bibliothecam vel medicamentorum copiam, vel alias merces in taberna poſſideat, immunis ſit a cautione, HOFFMANN *R. Prax. P. I. c.* 14. *ſ.* 383. MENCKEN *Proc. Tit.* 13. *ſ.* 5. BERLICH. *P. I. concl.* 20. *n.* 46. curator bonorum vero agens neque maſſam concurſus in manu habeat ſua, ſed iudex ſequeſtrans, qui ante finitum plane concurſum eam non diſtribuit. Inter omnes vero cauſas exemtionis eminet inprimis haec, quod concurſus creditorum pro vniuerſitate habeatur. Quod quidem an recte et iure fiat, dubitari poſſet. Nam profecto vnusquisque videt, quanta ſit differentia inter concurſum creditorum, et vniuerſitates, quorum membra permiſſu principis in vnum corpus coierunt, iuribus ac legibus communibus vtentia, atque inter ſe quaſi exemplo reipublicae vnita, *l.* 1. *ſ.* 1. *D. quod quisque vniu. nom.* quae nunquam moriuntur, et ad res ſuas agendas Syndico opus habent, per votorum certam pluralitatem eligendo, quorum denique bona res vniuerſitatis nominantur; quae omnia alia ſunt in concurſu creditorum, qui ad ſummum ſocietatem aliquam contraxiſſe videntur, ad excutiendum debitorem communem. At vero, cum a iuris interpretibus plerumque vniuerſitas ita deſcribi ſoleat, vt ſit corpus ex diuerſis quidem perſonis conſtans, ſed pro vna per-

perſona habitum, atque ad communem finem vtilitatemque tendens, STRVV. *S. I. C. ex.* 7. *§.* 41. *ex.* 16 *§.* 20. et P. MÜLLER *ad h. l.* inprimis vero iure ciuili ſaepius ſoleant etiam eae vniuerſitates vocari, quae nonniſi ſocietates ſunt, et ſolum vtilitatis ſtudium commune habent, vt aurifodinarum, nauiculariorum, et ſic porro *l.* 1. *§.* 1. *D. quod qu. vniu.* ferri poteſt, quando, quod certiſſimum, concurſum creditorum per vniuerſum Germaniae vſum vniuerſitatis iura habere, receptum eſt; etſi forte is non valde errauerit, qui credat, hoc nomen ipſi ex imperitia eorum inditum eſſe, qui, cum audirent, concurſum eſſe iudicium vniuerſale, inde etiam ipſam vniuerſitatem appellandam eſſe male concluderent. Haec eo conſilio dicta ſunt, vt duobus verbis oſtenderemus, hodie in Saxonia nullam plane dubitationem ſupereſſe, quod curatori bonorum ſatisdatio pro expenſis nullo modo iniungi poſſit. Adeſt enim praeter reliquas cauſas, ſupra expoſitas, et haec noua, quod Ordinatione recognita cautio omnibus vniuerſitatibus remiſſa ſit; de qua re in Conſtitutione *V. P. I.* et Ordinatione veteri nihil cautum erat, vt potius tunc vniuerſitatum Syndicos in dubio ſatisdare oporteret, CARPZ. *Proc. t.* 9. *art.* 5. quem ne membra quidem concurſus conſtituunt, ſed iudex, *no.* 53. *ſq.*

 ADNO-

## Adnotatio V.

### *Iudaei in Saxonia a cautione pro expenſis, nunquam immunes.*

Notum eſt inter omnes, in Saxonia a praeſtatione pro expenſis eximi 1) poſſeſſionatos rerum immobilium et 2) qui pro poſſeſſionatis habentur; quod poſtremum cum ſaepius in qualibet lite praeſenti dubitationi obnoxium eſſe ſoleat, bene faciunt iudices, ſi raro, ac nonniſi certiſſimi, quod actor nec vere nec ficte poſſideat, nec paupertate prematur, illa facultate vtuntur, data ipſis in lege iudiciaria noſtra *O. P. R. ad t. XIII.* cautionem ante citationem exigendi, potius cum ex hac cauſa, tum ob ea, quae ſupra diximus, melius facient, ſi, re paululum dubia, prius expectent, dicaſteriumne primae ſententiae neceſſitatem cautionis ſit inſerturum? cf. F. A. HOMMEL *Lib. ſaepe cit. §. 52. ſub fin.* Vno tantummodo caſu videntur iudices in noſtris terris ſine vlla haeſitatione cautionem pro expenſis ſtatim ſub initium litis, non expectata prius ſententia poſtulare, et ſic verba Ordinationis ſtrictim ſequi, ſcilicet, ſi actor ſit Iudaeus, aut alius haud approbatae religionis. Iudaeorum quemadmodum nemo in tota Saxonia abſque Principis ſingulari indultu quoad domicilium recipi debet, *Mand. d.* 16. *Aug.* 1746. *z. Einſchränk. der Juden, et Dresdn. Judenord. §.* 1. *ſq. apud* SCHMIEDERVM *Sächſ. Policeyverfaſſ. To. I. p.* 168. ita ex hoc ſua ſponte fluit, quod iis nec publica in republica Chriſtiana munera cum annuo ſalario coniuncta gerere, nec fundorum dominia acquirere liceat; quod poſtremum nunquam fieri debere, dudum a Sereniſſimis Electoribus Saxoniae ſubditis fides benigniſſime eſt facta, *Reſol. Grav. d. a.* 1716. *et* 1718. *C. A. T. I. p.* 380. *et* 399. Neque Iudaeis permiſſum eſt, publicas tabernas habere, id quod ſigillatim in hac vrbe noſtra prohibetur in ſtatuto ſenatus, die 7. Mart. 1687. publici iuris facto. Et quamuis non ſolum hic, ſed etiam in ſupra allegata lege *der Iudenordnung de a.* 1682. *§.* 16. ii Iudaei, qui emendis vendendisque pennis negotiationem facere ſoleant, *die Federjuden* exemti videantur, tamen vox *Gewölbe*, iſta §. 16. vſurpata, non publicam tabernam, qua ementes ad mercatorem publice vendentem

con-

conueniunt, ſed qualemcunque eiusmodi locum denotat, in quo pennae absque incendii periculo ad vendendum conſeruantur, id, quod praeter cetera ex allegati ſtatuti verbis: *welchen innerhalb der häuſer nothdürftige behältniſſe zu halten nachgelaſſen*, quaeque publicis ad plateam conuerſis tabernis opponuntur, intelligi poteſt. Tandem nec Iudaeus alicuius vſusfructus gratia immunis erit a ſatisdatione, quem neque ex vltima voluntate, neque ex lege, vt puta quoad vxores et liberos, nec denique ſine alicuius fundi poſſeſſione quis habere poteſt; *vid. ſupra adnotatio III. §.*

Pariter dubio caret, etiamſi Iudaeus inter Iudaeos munere aliquo fruatur, v. g. Rabbini et ludi moderatoris, tamen ipſum in iudiciis chriſtianorum a cautione minus liberari, quia, quorum nulla publica ſocietas fertur nec ipſis cultus diuinus publicus conceditur, *Landt. Abſch. de a.* 1712. *Reſol. grav. de a.* 1713. 1716. *C. A. To. I. p.* 369. 371. *et* 380. eorum nec munera publica nedum eccleſiaſtica in noſtris iudiciis aliquam vim habere poſſunt.

## Adnotatio VI.

### *Pauca de paupere litigante.*

Olim et pauperibus, ſi actorum vicem ſuſtinerent, cautio pro expenſis et reconuentione praeſtanda erat, nempe iuratoria, ex aequitate, ne, qui nec tantum pecuniae paratae, quantum opus, in bonis haberent, nec res poſſiderent, quas pignori dent, nec fideiuſſores inuenire poſſent, cauſam deſerere cogerentur. Idem iure ciuili conſtitutum. Nam quemadmodum in vniuerſum conſtat, in cautionibus iuramentum in ſubſidium pignorum ac fideiuſſorum venire, *§. 2. I. de ſatisdat.* ita et Imp. Iuſtinianus eandem cautionem iſti, de qua ab initio Adnotationis III. diximus, ſubſtituit. *Si dixerit actor,* ait, *non valere fideiuſſorem dare, tunc apud iudicem, a quo cauſa examinanda eſt, ſanctis propoſitis euangeliis per ſacramentum hoc ipſum affirmet, et ſic iuratoriam cautionem exponat; auth. generaliter, C. de epiſc. et cler. Nov.* 112. *cap.* 2. Ea igitur cautio iuratoria ad fora quoque Saxonica tranſiit, CARPZ. *P. I. c.* 5. KOENIG *in proceſſ. c.* 47. MENCKEN *Proc. tit.* 13. *§.* 10. NICOLAI *Proc. c.* 36. *no.* 5. *ſq.* BERLICH. *P. I. concl.* 20. *no.* 52. *ſq.* Praecipua eius ſedes eſt in Ordinatione veteri §. 3. ſecundum quam quicunque actor pauper ſit, ad iſtam cautionem admittendus erat, verbis: *Da der kläger armuths halber den vorſtand zu beſtellen nicht vermöchte.* Non opus hic erat aliqua demonſtratione paupertatis, ſed ſola oblatio ad iurandum ſufficiebat, ſi eam pecuniae ſummam, quam iudex dictauerat, ac loco cautionis pro expenſis deponere iuſſerat, quaeque plerumque quinquaginta florenorum fuiſſe videtur, *O. P. S. t. XIII. §.* 2. ſoluere non poſſet. Igitur ſequentia iuranda erant: *primo* ſe illam ſummam in bonis non habere, *deinde* quod non credat, ſe, quamuis data opera, inuenturum aliquem, qui pro iſta pecuniae ſumma vel pignora det, vel fideiubeat, *tertio* ſe, ſi litem ſit perditurus, condemnatusque foret in expenſas, eas reſtituturum et *quarto,* ſe in futura reconuentione reſponſurum eſſe. Tertia haec iuriſiurandi pars, quae a pleriſque doctoribus omittitur, in ipſa lege continetur verbis: *ſolchen vorſtand eydlich zu leiſten,* i. e. eam, quae pignoribus vel fideiuſſori-

ſoribus praeſtanda erat, tum pro reſtituendis expenſis, tum pro reſpondendo in reconuentione. Neque aſſentiri poſſumus CARPZOVIO, qui *Proc. tit. IX. art.* 5. *§.* 39. et *Reſp. L. II. reſp.* 81. *no.* 10. *ſq.* contendit, ſi quis actor iam praeſtito iuramento paupertatis iura pauperum conſecutus ſit, eum nihil plane, niſi de futura reſponſione in mutua petitione, iurare debere, cum tamen illud iuratam affeuerationem de non inuentis pignoribus vel fideiuſſoribus minime contineat. Aſt haec omnia lege iudiciaria repetitae praelectionis mutata eſſe ſcimus, quae tota quidem de hac cautione iuratoria ſilet, atque *ad tit. I. §.* 10. *ſq.* alium plane modum, quo pauperibus litigantibus prouideatur, et certam formulam iuramenti, ab iis praeſtandam, praeſcribit, demta vt par erat ſecundum nouam itidem legem *ad tit. VI. §.* 1. ea parte, quae ad reconuentionem ſpectat. Interim ſummus legislator non omnis videtur prioris iuratoriae ſatisdationis oblitus eſſe, potius ea in ipſo iureiurando a pauperibus praeſtando mihi latere videtur. Nam qui iurat, ſe adeo pauperem eſſe, vt nec poſſit expenſis ac ſportulis durante lite ſoluendis par eſſe, nonne is eo ipſo iurat, ſibi praeter quotidiana vitae alimenta nihil reliquum eſſe, adeoque nec tantum, quantum opus habeat ad ſatisdationem parata pecunia praeſtandam? Et qui ſacramento promittit, ſe, quandocunque ad meliorem fortunam adſpirauerit, omnibus iis, quibus aliquid debeat, ſatisfacturum eſſe, nonne is eo ipſo cauet iurato, ſe, ſi litem ſit perditurus, etiam ei, cui fruſtra conſumtas expenſas debiturus ſit, eas, ſi pro futuro facultas ſit, reſtituturum eſſe? Nam verba generalia, generalem interpretationem admittunt, quapropter iſtis ex lege recentiori adductis, expenſae aduerſario debitae haud excluſae videntur, id, quod magis adhuc comprobatur aliis eiusdem legis *O. P. R. ad t.* 1. *§.* 14. verbis: *die geſchwornen armen ſollen, wenn ſie zu beſſern vermögen kommen, die gerichts- und advocatengebühren auf gegentheils verlangen vergnügen*; quae ſi cum formula iuramenti hodierna contuleris, patebit, hanc non ſolum ad expenſas, quas ipſius pauperis aduocatus interea ei crediderat, ſed ad eas quoque, quas forte reus victor exigere poſſet, pertinere. Scimus etiam ab initio legislatori conſilium fuiſſe, haec ipſa verba ſpecialia legi addere: *Da er zu beſſern vermögen kommen ſöllte, die*

*durch angeregte klage verurſachte unkoſten beklagten wieder erſtatten wolle*, vt BERGERVS *Elect. diſc. for. ad tit. XIII. §.* 4. et b. Parens meus *in diſſ. inaugurali de fauore pauperum, a.* 1716. *Vitebergae ſub* G. L. MENCKENII *praeſidio habita §.* 21. obſeruarunt, quibus poſt generaliora adhuc: *jedem nach gebühr gerne bezahlen wolle*, ſub quibus illa tacite continerentur, ſubſtituta ſunt. Sola igitur ea pars iuratoriae cautionis, qua cauens de credulitate: ſe pignora vel fideiuſſores inuenire haud poſſe, iurare debebat, remiſſa videtur, quale iuramentum iurare profecto vnicuique pauperi eo difficilius erat, quo minus, qualem fidem vel intra vel extra vrbem ſit habiturus, ſcire poterat.

Vnum reſtat circa pauperum ſatisdationem animaduertere, ſcilicet quaeſtio, vtrum aduerſus iuramentum paupertatis iam praeſtitum reus admitti poſſit ad probationem in contrarium, ſi nempe oſtendere conetur, actorem ex facultatibus ſuis ſatisfacere poſſe ſportulis atque expenſis, adeoque eum, dum iuramentum paupertatis praeſtaret, peieraſſe. Quae res ancipitis videtur diremtionis. Namque vna ex parte reſtringenda videtur malitia actorum quorundam, qui, vt litigare ſine cautione pro expenſis, quid? ſine ſportularum ſolutione poſſint, pauperes ſe fingunt, iuramentum paupertatis iurant, et ſic ſe compotes factos credunt, eo efficacius aduerſario moleſtias creandi. Finge itaque, reo non ignotum eſſe, quod actor, quamuis iuramento paupertatis praeſtito, tamen ſiue parata pecunia inſtructus ſiue ipſi poteſtas ſit, quotidie mediocri diligentia et aſſiduitate praeter neceſſaria alimenta adhuc tantum ſibi comparare, vt expenſis ſoluendis haud impar reperiatur, cur non hoc reo beneficium tribuendum putemus, de ea re iudicem certiorem faciendi, et actori, abvtenti iure paupertatis, obuiam eundi? inprimis cum eodem tempore periurii crimen vindicetur. Ab altera vero parte conſiderandum eſt, difficillimam eſſe accuſationem periurii, difficiliorem adhuc conuictionem, nec conſilii eſſe, litem ob eiusmodi incidentem cauſam diutius protrahere, inprimis vero admodum lubricum et incertum, quaſi diuinando dicere, multumne an parum per quotidianas operas tibi ſis acquiſiturus? denique iudicem ad concedenda iura pauperum non

ſolo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0050-5

ſolo actoris iureiurando impulſum, verum etiam ſimul commodum fuiſſe plerumque aliquo teſtimonio iudiciali ex foro domicilii actoris producto, cuius auctor inſimul falſi aut ſaltim non ſatis adhibitae diligentiae argueretur; quamuis non negandum ſit, facilem eſſe eiusmodi fraudem atque fallaciam erga iudicem. Meminimus litis, aliquando coram praetore huius vrbis ventilatae, qua poſtquam actor F. praeſtitis conſuetis iuramentis iura paupertatis adeptus erat, reus L. hoc indigne ferens, querebatur, illum non tanta indigentia premi, vt non poſſit litis ſportulis ſenſim ſenſimque ſoluendis ſatisfacere, vnde petebat, eum indignum illo beneficio iudicari, atque non ſolum ad ſatisdationem pro expenſis compelli, ſed etiam articulos probationis, quos ſerius iudici dederat, non attenta reſtitutione in integrum pro deſertis haberi. Cauſa ad Supremam Curiam Sax. Lipſienſem per prouocationem delata, haec Term. Luciae 1778. reum iſta exceptione audiendum putabat, ipſique ſequentem probationem reſeruabat: *es könnte und wollte denn beklagter in ſächſſl. friſt, daſs klägers principal ſo viel, als von zeit zu zeit zu verlegung der gerichtsgebühren und ſalarirung eines advocaten erfordert wird, allerdings im vermögen, ſolchemnach derſelbe bey ablegung des fol. 290. der acten erſter inſtanz abgefaſsten eydes einen meineyd begangen habe, wie recht erweiſen, darwider klägern der gegenbeweiſs und andre rechtliche nothdurft vorbehalten bleibt*, his vſa inprimis rationibus, quod reus, actorem domo pro maiori pretio conducta et ſuppellectile non mediocris valoris vti, ipſumque ſuſpicione de aliquo teſte corrupto laborare, iam ſummarie oſtenderit. At vero, etſi reo in reprobatione iuramenti delatio, quia cauſa periurii ageretur, ſtudio non permitteretur, tamen ea ſententia mox a ſupremo, in quo prouocatione certatur iudicio, Dresdenſi mutata, et reuocata eſt ea, qua actori ex cauſa paupertatis reſtitutio in integrum contra negligentiam in probando libello commiſſam data erat.

Παράδοξον videtur, ob bonorum immobilium poſſeſſionem liberum eſſe a cautione pro expenſis, et tamen iura pauperum efflagitare. Et tamen ſaepiſſime videmus, hoc accidere. Cum ſupra *Adnot. III. §. 8.* viderimus omnem praediorum poſſeſſionem, cuiusuis ſint pretii, a ſatis-

datione pro expenſis eximere, facile patet, ea etiam eiusmodi eſſe poſſe, vt domino praeter domicilium, nullus aut remaneat vſusfructus aut ſaltim non talis, ex quo litis impenſas ſolvere queat; quapropter, ſi ipſi nullae aliae ſint diuitiae nec alii opulentiores quotidiani reditus, eum, quamuis poſſeſſionatum, tamen ad iuramentum paupertatis omnino admitti poſſe opinamur. Cum itaque anno 1780. in praefectura Schweidnizenſi actor, caſae ruſticae poſſeſſor, ad iura pauperum adſpiraret, Scabini Lipſienſes menſe Decembri d. a. ei, quando paupertatem demonſtraturus ſit, ſpem iſtius beneficii fecere, additis rationibus: *Dieweil der beſitz der angegebenen häuſslernahrung klägers übriges armuth und unvermögen, die proceſskoſten zu erſchwingen, nicht ausſchlieſset, jedoch derſelbe dieſes vor allen dingen zu beſcheinigen hat.*

ADNO-

## Adnotatio VII.

### *Conciliatio duorum in lege iudiciaria Saxonica locorum.*

Sunt duo in Ordinatione proceſſus repetitae praelectionis loca, quae ſecum pugnare videntur. Primus eſt in titulo XL. *von der Hülfe in die Lehngüter*, §. 3. alter in titulo XLV. *von dem ſtillſchweigenden Pfande* §. 6. Ille ſic ſe habet: *Wir verordnen, daſs ins künftige von dem kaufgelde eines ſubhaſtirten lehngutes allein die debita feudalia bezahlet, die übermaaſse aber wieder zu lehn gemachet, oder an ein lehn gewendet, und die mitbelehnten daran zur geſamten hand gebracht werden ſollen. Jedoch iſt dieſes auf ſolche lehngüter, - - da vermöge vorhandener pactorum oder reverſe, wenn auch ſelbige gleich nicht confirmiret, denen mitbelehnten nur ein gewiſſer lehnsſtamm, oder auch nur ein lehnsquantum ausgeſetzt iſt, nicht zu erſtrecken, als in welchem fall ſie mit ſolchem lehnsſtamm oder quanto ſich billig begnügen laſſen.* Ex his verbis ſatis patet, hic legislatoris voluntatem eam eſſe, vt quemadmodum in feudis, quae ex natura iuris beneficiarii alienari nequeunt, ſecundum regulam tota ſubſtantia quoad futuram ſucceſſionem, prole maſcula vaſalli extincta, ad ſimultanee inueſtitos pertineat, adeoque exiſtente concurſu creditorum ac vendito tunc ob debita feudalia fundo, omne reſiduum coinueſtitis integrum maneat, ſaluis, dum debitor communis in vita ſit, fructibus, ad debita allodialia ſoluenda conferendis, ſic etiam eandem rationem habendam eſſe partis, ſiue portiunculae feudi, in qua tantummodo coinueſtito ſecundum pacta conuenta, loco totius ſuccedere permiſſum; ita vt et haec portiuncula poſt dictam venditionem ſimultanee inueſtito ſalua ac reliqua eſſe debeat. Ex quo ſua ſponte fluit, hanc particulam feudi, ipſo feudo in concurſu creditorum ob debita feudalia ſoluenda per ſubhaſtationem alienato, ſimultanee inueſtitis, proxime ſucceſſuris, iure proprio ſeu vindicationis relinquendam eſſe, fructibus, vt dictum eſt, interea ad maſſam concurſus perferendis. Huic igitur loco valde obeſſe videtur alter ex eadem lege iudiciaria, ſupra allegatus, qui haec verba continet: *Es ſoll in zukunft weder denen*

*nen töchtern wegen ihrer ausſtattung, noch denen mitbelehnten wegen eines lehnquanti ein ius reale an lehngütern zuſtehen, - - wenn nicht darüber ein ausdrücklicher conſens gebührend ausgebracht worden;* quae ſimultanee inueſtitis non modo ius dominii, ſed omne adeo ius reale, omnemque ſpem prioritatis nedum vindicationis adimere videntur. Haec apparens pugna ſaepe et ipſa diſſenſum cum inter interpretes, tum inter dicaſteria peperit, quale exemplum protulit. S R. HENR. GOD. BAVER, in progr. a. 1781. diſſ. inaug. Schneiderianae praemiſſo. At enimvero, ſi vtriusque legis ſpecies recte intueamur, nobis aut nulla diſcordia eſſe, aut haec facile componi poſſe videtur. Et priori quidem loco agitur de debitore communi vaſallo, qui in feudo a ſe poſſeſſo habet ſimultanee inueſtitos, ſibi aliquando ſucceſſuros vel in vniuerſum, vel in aliquam tantummodo particulam feudi, prout pacta olim inter ipſos inita ferunt, vt ſcilicet ea particula inalienabilis ſit, ſaluaque ſemper maneat coinueſtitis, quamuis reliquo feudo vi dicti pacti libere alienato. Fac itaque, hunc debitorem communem, aut eius nomine maſſam concurſus, illud feudum ſub haſta vendere, haec venditio non poterit iura ſimul inueſtitorum deteriora facere, ſed manet ipſis ſine dubio idem ius, quod habebant ante concurſum. Pacti enim erant de feudo non in totum alienando, ſed de relinquenda ſibi aliqua eius particula, in quam ipſi vi ſimultaneae inueſtiturae ſuccederent. Haec igitur feudi portio, ſimultanee inueſtitis debita, etſi inter paciſcentes pro certa pecuniae ſumma aeſtimaretur, tamen vere integralis eſt: nam coinueſtitus accepit communem manum in integro, i. e. in omni fundo, tota domo, omnibus agris ac reliquis ſingulis feudi partibus pertinentiisque. Nec nobis dubium videtur, ſimul inueſtitos pro condominis habendos eſſe, vt bene oſtendit Vir laudatus et paterno conſenſu confirmavit, conſentiente etiam praeter multos SCHILTERO *Exerc. ad Pand.* 13. *§.* 27. *et exerc.* 15. *§.* 15. quicquid alii, inprimis CARPZOVIVS *L. II. reſp.* 12. *no.* 4. contradicant. Nam neque deficiens poſſeſſio, aut quod communis manus nec ius in comitiis comparendi, nec a cautione pro expenſis liberet, nec actionem reuocatoriam rei vindicationi admodum ſimilem, antequam feudum ad ſimultanee inueſtitum perueniret, permittat, haec omnia nequeunt dictum ius condominii

minii perimere, nam ſimultanee inueſtitus et ipſe fit vaſallus, omnisque vaſallus habet dominium vtile in ea re, qua inueſtitus eſt, quamvis nunc ſine commodo ac poſſeſſione. Manet itaque ſimultanee inueſtitus in ipſa venditione a concurſu facta condominus pro ea parte, quam inalienabilem poſſeſſor et ſecuram in ea ſucceſſionem ſimul inueſtito ſtipulatus erat, nullaque in ea fit mutatio, niſi quod, vendito fundo, illa fundi particula nunc ſolummodo pecuniaria ſit, conſiſtens in ea ſumma, ex mercede emtionis detrahenda, in quam paciſcentes conuenerant. Vnusquisque igitur videt, eam pecuniae ex feudo redactae ſummam neminem ſibi vindicare poſſe, quam ſimul inueſtitum, quippe cui nunc loco condominii eſt, per ſubhaſtationem amiſſi. Haec itaque ponderans legislator, ſimulque cauere cupiens, ne aequitati de non eripiendo per ſubhaſtationem feudi condominio alia recepta per interpretes regula obſit, qua fundo pro parata pecunia alienato haec non eſſe feudalis dicitur, STRVV. *S. I. F. c.* 3. *§.* 4. *ſq.* CARPZ. *P. III. c.* 30. *def.* 1. *ſq.* remedium quaeſiuit, atque hac noſtra lege conſtituit, vt, feudo debitoris ſub haſta vendito, illa pars, in quam ius integrum eſſet ſimultanee inueſtitis, non labefactaretur per venditionem totius ſubſtantiae, verum vt, nunc pecuniaria facta, vel ipſa recens feudalis efficeretur, i. e. domino directo in feudum offerretur, vel ſaltim in feudum reapſe conuerteretur, h. e. ex ea pecunia aliquod feudum, iam exiſtens compararetur, aſſumtis denuo in communem noui feudi manum illis, ne ſint deterioris conditionis. Vtrumque hoc facile eſt videre, aliter fieri non poſſe, quam vt iſta pecunia in feudum recens conuertenda a reliqua concurſus maſſa *ſeparetur*, id quod ſupra dicta lex iudiciaria repetitae praelectionis iuſſit allegato titulo XL. eaque cauſa fuit, cur Ordo noſter eiusmodi pecuniam, a ſimultanee inveſtitis a concurſu creditorum petitam, ſemper ſeparandam a maſſa putaret, vel addito in ſententia praecepto de convertenda ea pecunia in feudum, vel eo omiſſo, quoniam vlterius ſuccedentium res agitur, quibus ipſis ea cura tacite relinqui poteſt. De hoc igitur dicitur loco priore.

At vero aliam plane ſpeciem alteri loco *O. P. R. tit. XLV. §.* 6. ineſſe iam IO. GODOFREDVS BAVERVS

diſſ-

*diſſ. de forma ac definit. comm. Sax. manus* §. 72. vidit, an vero ea tota ſit, quam ipſe §. 73. inducit, in dubio relinquimus. Ad rem recte intelligendam ante omnia notemus, in priori legum noſtrarum mentionem fieri ſimul *des Lehnſtamms* et *des Lehnsquanti*, in poſteriori tantummodo *des Lehnsquanti*, ac vtriusque vocis ſignificationem pauciſſimis contemplemur. Eam, vti iam obſeruauit I. L. E. PÜTTMANNVS, *Elem. iur. feud. c.* 5. §. 112. nemo melius expoſuit I. GOTTL. SIEGELIO, olim in hac academia anteceſſore, *diſſ. de diuiſione feudi ſucceſſ. ſimult. inueſt. non reſtring.* §. 10. cuius verba, vt ille fecit, et ego hic apponam: *Pecunia feudalis requirit, vt ſuper certa pecuniae ſumma negotium feudale celebratum et in re mobili feudum conſtitutum ſit. Simultanea inueſtitura ad certam ſummam ius ſuccedendi in ipſa ſubſtantia feudi tribuit, pro ea ſcilicet feudi parte, quam ſumma determinata conſtituit. Circa quantitatem autem ex feudo praeſtandam nullus nexus feudalis, nulla indoles feudi apparet, ſed allodii iure cenſetur, niſi ſucceſſio feudalis pactitia ipſi tributa fuerit. At talem quantitatem pecuniae ſumma refertur, quam ſimultanee inueſtiti accipiunt, quique vi litterarum reuerſalium feudum delatum iis, quos vaſallus denominauit, tradere obſtricti ſunt. Pariter huc ſpectat pecunia, quam ii accipiunt, qui feudum delatum conſucceſſori tribuunt, pro portionibus ſuis certam ſummam ſibi ſtipulantes.* Haec SIEGELIVS. Diſtinguit igitur *primo* inter pecuniam feudalem, ſuper qua contractus feudalis celebratus eſt. Ea vocatur proprie *ein Lehnſtamm*, quae vox, vt recte obſeruat GEISLERVS *diſp. de pecunia feudali* §. 1. in lingua latina ſimilem non habet. Eiusmodi pecuniae feudalis mentio fit in Mandato recentiſſimo Saxonico ſuper re feudali, *t.* 1. §. 14. *Secundo* SIEGELIVS deſcribit certam feudi partem pecuniariam, pro cuius determinata tantummodo quantitate ſimultanee inueſtiti ius habent ſuccedendi in feudo, ſeu, quod idem eſt, quae ipſis ex feudo praeſtatur, reliquis partibus ex conuentione ad alios deuenientibus, et circa quam nullus nexus feudalis, niſi iterum ex pacto. Circa hanc igitur ſecundi generis pecuniam feudalem, i. e. ex feudo ſoluendam, atque vi ſucceſſionis feudalis pactitiae ſuo tempore ad agnatos ac ſimultanee inueſtitos deuenturam, aut adeſt, (quod adiicere liceat)

con-

conſenſus domini directi, vbi etiam appellari ſolet *Lehnſtamm*, aut non adeſt, quo caſu appellari ſolet nonniſi *Lehnsquantum;* ex quo, hoc ſecundum genus iterum bipartitum eſſe, apparet. Denique *tertio* SIEGELIVS mentionem facit eius pecuniae, ex feudo ſoluendae, quam vigore pacti accipiunt ſimultanee inueſtiti vel compoſſeſſores, aut tum, quando feudum ſibi delatum iis, quos vltimus poſſeſſor denominavit, tradunt, aut, (quod denuo addendum erat) tum, quando communem manum tenentes ex ſimili pacto pati obligantur, vt feudi ad ſe nondum delati poſſeſſor, per eius alienationem, ſpem futurae ſucceſſionis intercipiat; qualis pecunia quoniam pro feudo, aut ſaltim occaſione feudi, atque plerumque de venditi feudi pretio datur, etiam, quamuis abuſiue, *ein Lehnsquantum* appellari conſueuit, GEISLER *l. c.* §. 3, *p.* 8. etſi tota allodialis ſit, nec vllum in beneficio ius reale, niſi accedente domini directi conſenſu, tribuens; *cf. laud.* GEISLER *l. c.* §. 2. Hanc triplicem ſignificationem ſi probe teneamus, facile eſt intellectu ac admodum probabile, legislatorem *ad tit. XL.* §. 3. loqui a) de allegato primo genere pecuniae feudalis, b) de vtraque ſpecie ſecundi generis, quippe in quibus omnibus vis eſt condominii; Hoc autem poſito hypotheca, quae minor eſt dominio, carere poſſunt. *Ad tit. XLV.* autem § 6. ſermo eſt de tertio genere pecuniae feudalis, quod, quando hypotheca non eſt munitum, nullum ius reale concedere poteſt. Iam facile erit, caſum ſeu ſpeciem allegatae poſterioris legis atque ſimul cauſam eiusdem inuenire. Primum rem intueamur extra concurſum. Finge, Titium fundum feudalem poſſidere, aſſumtis ſimultanee inueſtitis Caio ac Sempronio, ac ita cum iis paciſci, vt, ſe aut vno ex prole ſua maſculo abſque filiis legitimis morituro, illi, aut quicunque ex poſteris eorum hoc modo ad ipſam ſucceſſionem ſit peruenturus, feudo ſe abdicare atque id ſucceſſoribus allodialibus tradere debeant, accepturi in eius rei praemium ſolatiumque fruſtratae ſucceſſionis ſpei quingentos thaleros. Titius moritur abſque prole maſcula, relictis filiabus, itaque feudum deuoluitur ad ſimul inueſtitos, qui eo quidem inueſtiuntur, fiuntque domini, vt antea condomini erant; verum, promiſſi memores, ſe feudo ac dominio abdicant et vtrumque defuncti amici filiabus cedunt, praemium quingentorum thalerorum expectantes. Qualem eos actio-

actionem habere putemus contra filias defuncti vaſalli ad ſoluendum hoc praemium? quod proprio nomine *ein abfindungsquantum*, vel *averſionalquantum* nominandum eſt. Procul dubio haud realem, ſed perſonalem tantum, quia non particula feudi ipſis debetur, nec ſucceſſio feudalis conſtituta eſt, ſed, quamuis totius feudi ex inueſtitura domini, tamen integrum feudum ex pacto reddunt, ſola nouo poſſeſſori obligatione impoſita, ex propria re familiari pro traditione, atque in ſolatium amiſſi feudi quingentos thaleros ſoluendi. Neque de eo quaerimus, an potuiſſet ſibi, in hoc extra concurſum caſu, vel feudum retinendo vel oppignorando ſibi conſulere, ſed de genere ſolum actionis ſolliciti ſumus. Ponamus itaque porro, filias ceſſum ſibi ac traditum feudum conſentiente domino vendere, credamusne, Caium et Sempronium, qui antea ſimul inueſtiti erant, in pretio huius venditionis ius reale habere? Profecto nemo ita ſentiet. Mutemus nunc nomina, et loco filiarum ſubſtituamus creditores defuncti Titii obaerati, ſeu concurſum, qui mortui vices gerit. Caius et Sempronius igitur, ad quos iure ſimultaneae inueſtiturae feudum obaerati debitoris deuoluitur, vi pactorum eo ſe abdicant, et id concurſui tradunt, vel potius relinquunt, qui illud mox ſub haſta vendit. Sane non poterunt hi iſtos quingentos thaleros iure proprio vindicare, quoniam haec pecunia neque in dominio ipſorum, neque pars feudi eſt, neque ab iis tempore ſubhaſtationis iure condominii poſſidebatur, verum quae ipſis ſolummodo ex contractu innominato, do vt facias, debebatur, non munita pignore. Hinc etiam factum, quod Ordo noſter dudum praevia deliberatione definiret, vt a) in concurſibus creditorum ea pecunia feudalis, quae particula ſit ipſius feudi, ſiue ea ſub conſueto nomine *eines Lehnſtamms*, ſiue ſub vocabulo hic rariore *eines Lehnsquanti* a ſimul inueſtitis ex maſſa poſtuletur, iure vindicationis ſeparetur, b) reliqua vero, vbi nullum nec dominium, nec aliud ius reale cernatur, inter chirographarios locetur, id quod tum exemplum a laudato Ill. H. G. BAVERO allatum docet, tum ita quotidie pronunciari ſolet. Eandem opinionem Scabini Lipſienſes tenent, inprimis quoad ſpeciem modo ſub b) propoſitam, id quod ex ſequenti eorum ſententia patet, lata a. 1781. ad praefecti Schweidnizenſis conſultationem:

*Ob-*

*Obwohl in dem von dem verſtorbenen G. A. R. als mitbelehnten ausgeſtellten reverſe enthalten, daſs ſelbiger, wenn der rittergutsbeſitzer ohne lehnserben verſterben würde, gegen abtretung des guts eintauſend thaler lehnsquantum bekommen ſolle, dahero und da des erſtern hinterlaſſene ſöhne ſothane abtretung an des verſtorbenen D. gläubiger bewirket, daſs ſie angeregte tauſend thaler vorzüglich und vor allen creditoribus von der concursmaſſe hinweg zu nehmen hätten, dieſelben in der meynung ſtehen, angeſehen ſonſten und ohne dieſe abtretung das gut nicht zur ſubhaſtation gebracht werden mögen; wannenhero auch beſagte mitbelehnte die ihnen diesfalls abgeforderte erklärung anders nicht, als dergeſtalt gethan, daſs angeregte abtretung erfolgen ſolle, ſobald ihnen vorberührte eintauſend thaler ſamt intereſſe von der bereiteſten baarſchaft ausgezahlt würden;*

*D. a. d. ofterwähnter G. A. R. im vorangezogenen reverſe in alle und jede veräuſserung des gutes im voraus gewilliget, alſo es nicht weiter in ſeinem willen geſtanden, denen D. creditoribus, ſo des gemeinen ſchuldners ſtelle vertreten, die ſubhaſtation des gutes zu verwehren, vielmehr die abtretung des gutes dem reverſe gemäs obgelegen; da hingegen die berührten eintauſend thaler keinesweges die natur eines mit der ſucceſſione feudali verknüpften lehnsquanti haben, ſondern ein bloſes bedingungsweiſe geſchehenes verſprechen enthalten, - - und nach ausweiſung des ganzen reverſes, nicht anders als auf den fall ſtipuliret worden, wenn ſeine hinterlaſſenen landerben, an deren ſtelle der concurs tritt, das auf ſie durch den weg der mitbelehnſchaft gebrachte gut verkaufen würden; - - am wenigſten dieſes quanti halber eine hypothek verſchrieben, noch von dem lehnherrn darein gewilliget worden.*

Vidimus ſuperius, eius pecuniae, quae iure proprietatis locetur, quamque diligenter ab ea, quae inter chirographarios referenda eſt, ſecreuimus, eam naturam eſſe, vt in eam per pacta agnatorum ſucceſſio feudalis obtineat; vnde efficitur, in illam ſubſtantiam non ſolum proximis ſimultanee inueſtitis, ſed remotioribus etiam, caſu inueniente, ius eſſe. Hic igitur fons eſt, vnde nouum fluit quoad effectum inter vtramque diſcrimen, quod nempe, vt diximus, pecunia feudalis tertii generis in claſſe creditorum chirographariorum locanda ſit. Id vero neſcimus incommodumne an commodum appellare liceat, modo maſſa ſufficiente. Nam quando prioris generis pecunia in prima claſſe iure vindicationis ponitur, ea aut in maſſa concurſus remanet, aut ſub foenore relocatur, coinueſtiti vero, qui ius ſuum perſecuti ſunt, eam nunquam accipiunt, ſed ſolis vſuris contenti eſſe debent, quid? nec has quidem percipiunt, quamdiu debitor communis eiusque deſcendentes in viuis ſunt, donec omnibus creditoribus ſatisfactum ſit, quia notum eſt, iure Saxonico liberos hereditatem patris feudalem ac allodialem ſeparare non poſſe, *Torgauiſch. Ausſchr. tit. welcher geſt. die agnaten, ſ. da aber ein vater.* At vero, quando ſimul inueſtiti pecuniam feudalem tertii generis poſtulant, eaque inter chirographarios locatur, eam ipſam parata pecunia, ſi maſſa ſufficiat, totam, alias vero ſaltim pro rata accipient, et in vſus proprios conuertere poterunt. Haec ſequenti ſententia, ab Ordine noſtro menſe Septembri 1781. interrogante praefecto Leucopetrenſi lata, illuſtrabuntur: *Hiernächſt ſind 4000 fl. für H. u. B. v. B. oder deren lehnsfähige deſcendenten von erwähnter concursmaſſe abzuſondern, und ſolche gegen genügliche unterpfändliche ſicherheit zinsbar auszuthun, auch die zinſen davon, daferne von dem gemeinen ſchuldner annoch lehnsfähige deſcendenz vorhanden, zu befriedigung derer in der perception ſtehenden gläubiger zu verwenden, widrigenfalls aber ſolche H. und G. von E. oder deren lehnsfähigen deſcendenz zu überlaſſen; - - dagegen wenn*

*H. und*

*H. und B. v. B. männliche lehnsfähige deſcendenz nicht hinterlaſſen, oder des gemein - ſchuldners lehnsfähige deſcendenten ſolche überlebt haben ſollten, erwähnte 4000 fl. zu befriedigung ſämmtlicher gläubiger oder deren erben nach der ordnung, in welcher ſie lociret, anzuwenden.*

## Adnotatio VIII.

### *De debitoris obligatione a concurſu adimplenda.*

Tralatitium eſt, orto concurſu creditores loco debitoris eſſe, eiusque vicem tenere. Hoc intellige de adminiſtratione bonorum ipſius, aut potius de negotiis quotidianis priuatis inter eum ſingulosque ciues in republica. Videtur autem haec res ex antiquitate promanaſſe. Etenim apud veteres Romanos obaerati debitoris bona, non vt hodie, ſingula plus licitantibus vendebantur, ſed tota eorum vniuerſitas ac maſſa, addicta prius ſeruo, tanquam heredi neceſſario, atque propoſito mox edicto praetoris, quo creditoribus bonorum poſſeſſionem daret, publice veniebat. Emebat igitur aliquis ſub haſta integra debitoris bona ea lege, vt inde creditoribus tantum ſatisfaceret, quantum ſufficerent, id quod ſe facturum eſſe promittebat, CIC. *pro Roſcio Am. c.* 6. THEOPHIL. *pr. Inſt. de ſucceſſ. ſubl. quae p. bon. vend.* SIGONIVS *de iure civ. R. L. I. c.* 11. HEINECC. *Ant. iur. L. II. t.* 17. *§.* 11. Hi igitur emtores, facta ipſis addictione bonorum, poſſeſſores maſſae erant, ſimiles bonorum poſſeſſoribus aut hereditatis emtoribus, vnde omnes actiones, quae antea creditoribus aduerſus debitorem erant, nunc contra iſtos dabantur, ipſis vero e contrario etiam contra illius debitores ius competebat agendi, nam ſub bonorum vniuerſitate ſimul etiam actiones ipſius obaerati debitoris emerant. Hinc forte euenit, vt et hodie concurſus creditorum myſtica perſona eſſe putetur, ſubſtituta in republica perſonae ipſius debitoris vel eius heredum; ac vti ex eadem emtione profluebat, in emtoris perſonam ſuppoſitam ſingulas et obligationes et actiones cadere debuiſſe, quae antea cadebant in debitorem ipſum, atque vtrumque pro vna eademque perſona habitum fuiſſe, atque hunc illum repraeſentaſſe, ac loco et vice illius fuiſſe. Sic ſane ea res aliter ſe habere non poteſt ſecundum formam ac rationem hodiernam concurſus creditorum. Siue enim bonorum ceſſionem, factam ab ipſo debitore conſideres, ſiue bona iudicis poteſtate, diſtrahendi cauſa ademta cernas, vtrimque intelliges, neceſſe eſſe, vt concurſus loco ipſius debitoris habeatur. Creditores, dum bona debitoris poſſident, aeque fere ſimiles videntur here-

ditatis emtoribus, ſeu ceſſionariis, modo addas: hereditatis inſufficientis; aut ſi mauis, vocemus maſſam concurſus hereditatem praetoriam, hoc eſt bonorum poſſeſſionem, *l.* 119. *et* 138. *de V. S.* in quae aut miſſi ſunt auctoritate iudicis, aut ea a debitore cedente eodem iudice interueniente acceperunt. Quemadmodum igitur hereditas vniuerſitas eſt, ſic etiam maſſa concurſus, *vid. ſupra adnot. IV.* quae hoc nomen eo magis meretur, cum non ſolum et olim ſemel miſſione in bona facta *omnibus* inde eſſet creditoribus ſatisfaciendum, *l.* 10. *C. de bon. auct. iud. poſſ.* ſed etiam hodie *vniuerſa* bona obaerati debitoris ad concurſum trahuntur. Cum itaque et hoc ſenſu concurſus creditorum dici poſſit vniuerſitas, ac perſonam in republica efficiat, conſequens eſt, nihil in ea ſeparari ac ſeiungi poſſe, ſed complexum eſſe omnium iurium ac obligationum a debitore communi ſuſceptarum. Notum vero eſt, ipſa aequitate ſuadente, ſi quis ex aliqua hereditate ſiue adita ſiue emta commoda habeat, eum ſimul incommodis grauari debere, et obligationes adimplere, quae defuncto ex bonis ſuis implendae, i. e. non perſonaliſſimae eſſent. Eſt enim ſucceſſor in vniuerſum ius, *l.* 62. *D. de R. I.* HELLFELD. *Ipr. for. L. V. t.* 2. *ſ.* 536. *ſq.* Eadem igitur ratio erit non ſolum quoad maſſam eorum bonorum, cuius prior poſſeſſor in aere alieno defunctus eſſet, verum etiam illorum, quae hactenus poſſeſſa fuerant ab homine, naturaliter quidem viuente, ciuiliter tamen mortuo, hoc eſt viuo quidem, ſed a iure bona ſua adminiſtrandi atque cum ciuibus ſuis contrahendi depoſito, ſiue id factum ſit per bonorum ceſſionem, quae eſt modus acquirendi rerum dominia vniuerſalis, HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 193. ſiue per iudicis occupationem, illi quoad effectus plane ſimilem. Certiſſimum ergo eſt, concurſum creditorum venire in omnia tam iura quam obligationes debitoris communis, quae non ſunt perſonaliſſimae, quod inprimis cernitur in ceſſione bonorum a debitore facta, cum conſtet, ceſſionario omnes exceptiones obeſſe, quae obſunt cedenti. Cum autem nunc is etiam concurſus, ſub cuius initium bona debitoris a iudice iſto inuito auferuntur, in omnibus adaequatus ſit illi, qui per bonorum ceſſionem coepit, in aprico eſt, ab vtroque debitorem repraeſentari, FLEISCHER *diſſ. de debito ſpeciei in conc. cred. ſ.* 83. Vnde vere affirmari poteſt, om-

omnem concurſum creditorum eſſe ſucceſſionem aliquam vniuerſalem debitoris communis, quae in ſingula eius iura et obligationes tam actiue quam paſſiue intret; id quod etiam aliquando Ordo noſter dixit in humillima relatione ad Principem, circa eam rem quaeſitus. Sit ergo certa ac inconcuſſa regula: *Concurſum debitoris vicem ſubſtinere, atque in eius iura aeque ac obligationes ſuccedere.* In qua re quamuis nulla vnquam ſuborta ſit dubitatio tum, quando de obligatione debitoris ad ſoluendum dandumue agitur, (vbi, qui exigit pecuniam aut aliud debitum, in claſſe competente locatur); tamen maior difficultas moueri ſolet, quando debitor communis, antequam bonis laberetur, ad aliquid faciendum ſe obligaſſet, ſiue nuda promiſſione, ſiue per conſequentiam initi cuiusdam contractus, cuius adimpletio in aliquo facto, quod adhuc exſpectatur, conſiſtat. Ita, qui vendiderat, locauerat, donare promiſerat, res ſuas pignori dare pactus erat, reliqua, ſi, antequam impleret conditionem, bonis laberetur, ſaepe quaeſitum eſt, num curator bonorum pendente nunc concurſu idem negotium, coeptum a debitore, perficere teneretur, cum orto concurſu omnis de bonis ipſius diſpoſitio ceſſet, ac nihil, quod eo tempore nondum vere alienatum ſit, alienari poſſit, id autem pro vere alienato vix habeatur, circa quod alienationis contractus non ſit perfectus et abſolutus.

At vero manebit iſta regula, ac omnes difficultates aufugient, modo ex vna parte quasdam exceptiones, per ſingulares leges factas, exemeris, ex altera vero alius, in concurſibus creditorum aeque veri, praecepti non obliuiſcaris, nempe: *coepto ſemel concurſu nullius creditoris conditionem prae reliquis potiorem effici poſſe, l. 6. ſ. 7. in fin. l. 24. D. quae in fraud. cred.* Quapropter haec omnia coniungenda putamus, et ex ſingulis vnum praeceptum efformandum: *Concurſum debitoris communis obligationes faciendi tunc implere debere, quando* a) *per eam adimpletionem nulli creditorum prae reliquis aliqua praerogatiua enaſcatur, nec* b) *aliqua peculiaris lex obſit.*

Nunc

Nunc per exempla eamus. Ac primo quidem de *emtione venditione*. Finge, Titium, dum adhuc idoneus eſſet de rebus ſuis diſponendi, praedium ſuum Caio vendere, vtroque circa rem ac pretium conſentiente. Perfectus itaque eſt contractus conſenſu. Nihil itaque reſtat, quam vt a parte tam Titii quam Caii compleatur. Iam exoritur concurſus in Titii venditoris bonis! Quid igitur ſtatuendum? Nobis diſtinguendum videtur, emtorne pretium ſoluerit, nec ne? Si ſoluit, adimpleuit ex ſua contractum, adeoque ex eo tempore actionem emti habebat contra Titium. Eadem nunc ipſi eſt actio aduerſus eius concurſum, in quem cum omnibus reliquis obligationibus transfertur; adeoque non dubitamus, curatorem bonorum adigendum eſſe ad reſignationem iudicialem, et dominium Saxonicum Caio comparandum. Nam ea erat obligatio debitoris communis ante concurſum, ex natura celebratae venditionis, cui concurſus ſatisfacere ex vniuerſali ſucceſſione tenetur. Ita intelligendus BERGERVS eiusque commentator *Oec. iur. p.* 491. *ed. nov.* nec non WERNHER *P. IV. obſ.* 68. *et To. III. p.* 440. *obſ.* 67. quando et ordinem noſtrum, ac olim ſenatum prouocationum ita iudicaſſe narrant, hoc ſolo caſu liberatione conceſſa per ſolutionem eius quod intereſt, ſi res vendita culpa perierit. Neque profecto creditores habent, quod contra dicant, quia ſummam pretii acceperat is, cuius facta licita defendere debent, et haud ita pridem acceptae aliqua pars ipſi adhuc maſſae ineſt. Nec dicas, datum hoc emtionis pretium a Caio ex concurſu inter chirographarios repetendum eſſe, quod BARTHIVS putat *Hodeg. for. c.* 3. *ſ.* 2. *not. m.* inprimis praedio nondum tradito. Non enim videmus, quomodo compelli poſſit emtor, vt recedat ab ipſa emtione et contentus ſit repetenda mercede, cum tamen ad illius conſummationem partim ex vtriusque conſenſu in rem ac pretium, partim ex facto iam ex ſua parte implemento ipſi ius de ipſa re emta natum ſit. At forte dicet quis, Caium iſtum, quem fingimus emtorem a concurſu reſignationem dominii petere, propterea repellendum eſſe, quoniam ſic *vindicaturus* eſſet praedium, omnis autem vindicatio nonniſi cum detrimento reliquorum creditorum fieri queat. Cui reſpondemus: Si verum eſt, quod *vindicet*, omnino repellendus, ſi non vindicat, petitio eius iuſta et aequa videtur. Quid vero eſt,

 fun-

dum aliquem vindicare? nihil aliud, quam velle, vt ſibi in poſſeſſionem tradatur, quemadmodum rerum mobilium, quae ex maſſa concurſus vindicantur, ſeparatio a bonis debitoris ac traditio in manus vindicantis rogatur. Concedimus itaque, emtorem in vim ac effectum huiusmodi vindicationis reſignationem dominii iudicialem a curatore bonorum poſtulare haud poſſe, quia tunc per eam iſti ius naſciturum eſſet, praedii antea emti tantummodo, nec poſſeſſi, nunc ex dominio recens acquiſito traditionem etiam et poſſeſſionem petere, h. e. vindicare, quo facto ipſius actio hactenus tantum perſonalis in realem, cum ſeparatione a concurſu coniunctam, commutaretur, eiusque conditio melior fieret. Quod ſi vero iſte emtor iam poſſidet fundum, ſibi a venditore traditum, reſignatione dominii a curatore bonorum facienda non opus habet ad vindicandum praedium ex concurſu, ac ſeparandum ex maſſa, quod iam habet, adeoque nec potius in concurſu ius accipiet, ſed tantum id intendit, vt pro pleno domino Saxonico reputetur, et fundum, ſi aliquando opus, a tertio vindicare poſſit. Ecce! igitur hic vſum atque praeſtantiam illius diſtinctionis, cuius HOMMELIVS *Rhapſ. obſ.* 347. meminit, quodque in hac re Ordinem noſtrum iudicando ſecutum fuiſſe refert, ſcilicet, num a debitore communi ante ortum concurſum traditio extraiudicialis venditi praedii emtori iam facta fuerit, an minus? ita, vt illo caſu curator bonorum ad transferendum dominium Saxonicum cogendus videatur, hoc minime. Profecto, niſi iſtam diſtinctionem hac luce radiantem inſpexeris, veremur, ne obſcura tibi maneat, etiamſi allegatis ab illo ſententiarum rationibus colluſtretur. Nec alias intelligi poterit, quomodo extraiudicialis traditio, cui iure Saxonico ad dominium rei immobilis nulla eſt vis, tantam hic efficaciam habere poſſit, vt ea ſola curatorem bonorum adigere queat ad dominium transferendum, ea vero omiſſa cogi nequeat. Haec igitur iterum obſerua: Si emtori fundus ſoluta mercede ipſo naturaliter iam traditus eſt, ita vt eum poſſideat, non opus eſt, vt eum ex concurſu vindicet, ſed habet eum emtor et tenet, nihilque ipſi ad negotii perfectionem deeſt, quam ſolennitas illa iudicialis, qua curator bonorum, reſignato nomine debitoris communis dominio, faciat, vt emtor eo inueſtiatur, ad quam rem, vt vidimus, debitoris perſonam repraeſentans adigi poteſt.

Quod

Quodſi vero traditio extraiudicialis ſeu priuata ante concurſum nondum facta ſit, per ſe patet, ſi emtor eam velit exorto concurſu accipere, ac fundum emtum actu poſſidere, ipſum debere eum ex maſſa vindicare, quod aliter facere non poterit, niſi allegato emtionis cum debitore ante concurſum contractu, adiectaque petitione: vt curator bonorum ipſi per inueſtituram dominium procuret, tanquam fundamentum vindicationis ac poſtulandae traditionis, *der Abtretung*, quae res vt vnicuilibet patet, eam efficaciam ſecum habitura foret, vt recens dominus Saxonicus factus, nunc etiam ſeparationem fundi, tanquam dominii ſui a maſſa, adeoque praelationem a reliquis creditoribus poſtulare poſſit, circa quem fundum alias nonniſi actionem indemnitatis, in vltima claſſe inſtituendam, habiturus fuiſſet. Iure ergo meritoque Ordo noſter principi iſtam diſtinctionem in relatione ſupra commemorata dlligenter commendauit.

Haec igitur locum obtinent, quando emtor mercedem emtionis debitori communi ante concurſum iam ſoluit. Sed alia ratio videtur, ſi ille ante huius ſolutionem bonis lapſus ſit. Quia enim ipſe contractum tempeſtiue non adimplevit, ſolutionemque retardauit, nec curatorem bonorum reciproce ad adimplendum eum compellere poterit. Verum procul dubio intempeſtiua erit adimpletio, ſi emtor ſolutionem tam diu diſtulit, donec ei, a quo emit, non amplius ſoluere poſſet. Non enim recte ſoluit, qui tardius ſoluit, *l.* 12. *§.* 1. *de V. S.* vnde, cauſa per concurſum in alium ſtatum peruenta, creditores iure denegabunt ob rem non amplius integram pecunias accipere, ſibi nunquam promiſſas. Vti vero omnis res, quae coepta eſt legitime agi, non amplius integra eſſe dicitur, *c.* 30. *X. de off. del.* ſic eo minus ea appellatione vti licebit, orto concurſu iudiciali, ipſique perſonae contrahenti ſuppoſito, vnde mutato ſic rerum ſtatu a creditoribus iure non deſiderabitur, alterum ad recentem contractus adimpletionem admittere, ex qua et ipſi mox tenerentur; potius emtori, ſolutione non facta ante initium concurſus, nihil reliquum manebit, quam petere ex concurſu id, quod intereſt, eam emtionem non eſſe conſummatam, quo inter chirographarios locabitur. Quid vero? ſi emtor ante concurſum ſolummodo partem pretii ſoluit?

 Quia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0067-0

Quia emtor coepit, contractum implere, venditor autem de reliquo fidem habuit, videtur eadem ratio eſſe, ac ſi totum ſoluiſſet.

Studio omiſimus, de eo generatim dicere, quod dubitationem non habet, ſcilicet: perfecta omnibusque numeris abſoluta a debitore ante concurſum venditione, et facta etiam dominii iudiciali abdicatione, hunc omnia pacta omnesque conditiones adimplere debere, ſub quibus facta fuerat, quod vno praecepto comprehendi poteſt: *concurſum ſtare debere emtioni venditioni a debitore communi conſummatae*, tum quoad eam ipſam, tum quoad conditiones adiectas. Pacta enim cum debitore communi inita moto concurſu creditorum non exſpirant, FLEISCHER *diſſ. cit.* *ſ.* 12. Huc etiam pertinet pactum *retrouenditionis*, quod iure communi nec minus concurſus ſeruare o ſtrictus eſt, at ius Saxonicum nouiſſimum exceptionem ſuppeditat tunc, quando debitor communis, cum adhuc libere agere poſſet, praedium emiſſet, data venditori in certos annos poteſtate reluendi. Hic enim annorum numerus, orto interim concurſu, non ſeruandus eſt, verum, quotquot ſuperſint, reducuntur ad ſex menſes, computandos a venditoris declaratione, intra ſpatium Saxonicum facienda, *Dec. nov.* 27. *de a.* 1746.

Quoad *locationem* eandem iurium ſeceſſionem animadvertere licet. Vti enim iure communi concurſui creditorum omnino impoſitum erat, ne a locatione conductione, quam debitor communis, dum libere res ſuas adminiſtraret, inierat, recederetur, *l.* 8. *ſ.* 1. *D. de reb. auct. iud. poſſ.* MENCKEN *Dig. L. XIX. t.* 2. *ſ.* 19. HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 193. *ſ* 2. MEV. *P.* 9. *dec.* 66. ſic e contrario iure noſtro lex duplex obeſt, ne concurſus omni vel conductioni vel locationi ſtare teneatur. Quarum prima continetur Mandatis aduerſus debitores obaeratos anno 1724. et 1766. promulgatis, quod vtrumque §. 5. iubet, vt ſi, qui bonis lapſus ſit, antea *conduxerit* aedes aut tabernam mercenariam, aut alia receptacula in plures annos, concurſum non amplius hoc contractu teneri, quam vſque ad proximum feſtum Paſchatos, orto concurſu ante feſtum Michaelis, vel vſque ad Michaelis coepto illo ante feſtum

ſtum Paſchatos. Altera lex eſt iudiciaria repetitae praelectionis, *ad tit XXXIX. §. 4.* liberans concurſum a *locationis* contractu continuando atque expellens eum, qui olim a debitore nunc communi praedium conduxerat, niſi velint creditores ipſi vlteriorem conductionem committere. Aſt circa vtramque legem quaedam dubia videntur ſupereſſe. Etenim *primo* verba: *wenn ein concurs entſtehet, iſt der ſchuldner längſtens ſo bald es zur ſubhaſtation kömmt, aus dem gute zu exmittiren, auch wenn er das gut vorhero verpachtet gehabt, der pachter darinnen, wenn es nicht mit bewilligung der creditoren geſchiehet, da er gleich die pachtgelder praenumeriret oder eine gerichtliche hypothec erlanget hätte, gleichfalls nicht zu laſſen, ſondern ſolcher pacht ſodann vor erloſchen zu achten,* in ambiguo relinquunt, anne vox *ſodann* ſtatim de coepto concurſu, an vero de tempore demum proximae ſubhaſtationis, quae procul dubio cauſa eſt conductoris exmittendi intempeſtiue, intelligenda ſit? Nobis prius videtur tum ob fauorem creditorum, de quorum commodo hic agitur, tum quia tempore praedii ſub haſta vendendi nulla porro ratio mercedis praenumerandae eſſe poterit. *Deinde* quamuis in dictis contra debitores doloſos legibus legislator tantummodo verbis: *da der ſchuldner ein hauſs - - auf mehrere jahre gemiethet hätte,* vtatur, tamen non dubitamus, ea quoque de parte aedium, *einem logis,* interpretari. *Tertio* notandum, ex lege illa iudiciaria conductorem quidem ſe non poſſe obtrudere concurſui vlterioris conductionis cauſa, verum eum non prohiberi, damna et ceſſans ſperatum lucrum ex maſſa concurſus petere, quod tamen nonniſi in vltima claſſe accipiet, niſi forte ipſi hypotheca in conductionis ſecuritatem data ſit.

Apponamus adhuc alia quaedam exempla. *Promiſerat* aliquis, nomine Z. non lapſus bonis, ſed mox lapſurus vni creditorum ſuorum, ſe ipſi *pignus* in fundo ſuo iudiciale procuraturum eſſe in ſecuritatem debiti chirographarii. Petebat itaque creditor a concurſu, quippe qui in omnes debitoris obligationes ſuccederet, vt adimpleret hoc debitoris promiſſum. At fruſtra petiit; re enim ad ſenatum ſummum prouocationum Dresdenſem delata anno 1779. cauſa cecidit, ex ratione, quoniam orto ſemel concurſu nulli creditori melius

melius ac potius ius in ceterorum creditorum praeiudicium naſci poſſet, nec iudici liceret, eo cooporari. Id, quod quam maxime conuenit cum eo, quod Ordo noſter ante decennium in relatione ad Principem, ſupra commemorata, dixerat: *weil der ſchuldner, nachdem er ſich einmal angegeben und zahlbar zu ſeyn aufgehöret, einem gläubiger vor dem andern keinen vorzug einräumen darf, welches aber geſchehen würde, wenn der curator bonorum nach bereits entſtandenen concurſe einem chirographario die hypothek annoch verſchaffen und andern zum nachtheile ſelbigen aus der lezten reihe zur claſſe hypothecariorum zu erhöhen gezwungen würde.* Eodem quoque modo ſentit LVDOVICI *Conc. Proc. c.* 1. *§.* 7. ex cauſa, quod gratificari non ſit permiſſum: cf. MEV. *ad ius Lub. L.* 3. *t.* 1. *art.* 38. *no.* 3. *et* 39. Pari modo conſtat, nec iudici permiſſum eſſe, executionem, a litis victore aduerſus debitorem petitam, perſequi, ſi hic interea bonis ceſſerit.

Quotidie accidit, vt quis alteri res pretioſas, aut documenta tanquam *depoſitum*, aut *commodatum* aut *pignus* det, eo effectu, vt depoſitarius, commodatarius, vel creditor pignoratitius obſtringatur ad acceptas res diligenter cuſtodiendas et aliquando ipſas auctori reddendas. In eandem ergo obligationem deſcendit ortus concurſus. Deponens igitur aut ſimilis agit vindicando, petitque ſibi eas res ex maſſa reddi. Sed non reperiuntur! nam debitor eas alicui tertio pignori dederat. Meminimus itaque, plus vnica vice curatorem bonorum a ſupra dicto Summo Senatu condemnatum eſſe ad liberandam rem depoſitam a pignoris vinculo, quo debitor eam coram tertio obſtrinxerat, vt redire poſſit ad maſſam, ac inde proprietario naturaliter reddi; meminimus, inquam, ſic iudicatum eſſe a dicto Summo Iudicio in concurſu alicuius Obernüzii anno 1746. Ottonis anno 1775. Mülleri anno 1776. nec non in eodem et Bornii cuiusdam concurſu anno 1777. Ita vero iure meritoque pronunciabatur. Nam hic proprietarius per hanc reluitionem rei iniuſte pignori datae non acquirebat demum dominium eoque ius vindicandi, ſed vtrumque iam habebat,

meri-

meritoque exigebat a concurſu eam obligationem, in quam debitor diu ante concurſum facto ſuo peruenerat. Apponamus eo maioris illuſtrationis cauſa rationes decidendi, quae in cauſa dicti concurſus Ottoniani innotuerunt. *Dieweil der concurs, welcher mit dem debitore communi für eine perſon zu achten, in die ſtelle deſſelben tritt, mithin auch diejenigen facta, wozu jener vorhero verbunden geweſen, zumal wenn dieſe obliegenheit in re iudicata beruhet, zu erfüllen verpflichtet iſt; ſolchemnach allhier appellant ſich nicht entbrechen mag, die ſtreitigen cammer - credit caſſen ſcheine, als ein ungezweifeltes commodatum, wieder herbey zu ſchaffen; und wenn ſolches geſchehen, dieſelben als der liquidanten eigenthum von der concursmaſse abzuſondern, und dieſen einzuhändigen; welches um ſo weniger einiges bedenken haben kann, da der gemeine ſchuldner angeregte ſcheine dolo malo veräuſsert, und daher nach vorſchrift der rechte pro poſſeſſore zu achten, die übrigen creditores hingegen ſich darüber zu beſchweren keine urſache finden, je mehr ſie gegentheils durch obangeregten, von dem gemeinen ſchuldner unternommenen verkauf einer fremden ſache, mit der P. erben, als tertiorum, ſchaden ſich bereichern würden, da zu der erkannten verſchaffung der cammer - credit-caſſen - ſcheine zur concursmaſse nur diejenigen gelder daraus, woran nicht dieſer oder jener creditor bereits ein beſonders vorzügliches recht erlanget, zu gebrauchen; weniger die anwendung obgedachten ſatzes auf ein, etwa von einem gemeinen ſchuldner dieſem oder jenen gläubiger verſprochenes, aber beym ausbruch des concurſes noch nicht wirklich verſchaftes ius hypothecarium zu bejahren, ſintemal nach gedachten zeitpuncte kein creditor ein vorzügliches recht, ſo er zuvorhero nicht vollkommen gehabt, zum nachtheil der übrigen zu erlangen fähig; folglich hierinnen eine ausnahme zu machen.*

Quod ad *donationes* attinet, non eae hic in cenſum veniunt, quae conſilio ac mente fraudandorum creditorum peraguntur, quippe quae omnino actione Pauliana reſcindi poſſunt, *l. 6. §. 11. D. quae in fraud. cr.*

*l. 5.*

*l.* 5. *C. de reuoc. his qu. in fraud.* verum eae tantummodo, quando is, qui vel par eſt ſoluendo, vel eſſe ſe credit, in alterum accipientem liberalitatem confert, perfectionem vero donationis ac traditionem rei donatae aliquamdiu differt, eueniente interim caſu inſufficientiae ſatisfaciendi creditoribus. Nobis in vtraque ſpecie adimpletio donationis a concurſu vix peti poſſe videtur. *Primo* quidem, ſi donator credidit ſe ſoluendo eſſe, neque tamen fuit, habemus probabile argumentum ſententiae noſtrae in Deciſione nouiſſima XXV. *d. a.* 1746., qua conſtituitur, ſi quis hereditati aut alii iuri acquirendo renunciet, poſt haec vero demum renunciantis concurſus eſſe coeperit, videndum eſſe, an tempore remiſſionis adhuc par fuerit creditoribus ſuis, adeoque recte crediderit, ſe absque eorum detrimento facultatum ſuarum augmentum omittere potuiſſe, an vero tunc concurſus materialis iam adfuerit? In hac poſteriore conditione igitur eam abdicationem inualidam eſſe, ſancitum eſt. Cum vero fructuoſae hereditatis omiſſio ſimilis ſit donationi, collatae in coheredes vel heredes ab inteſtato remotioresue nunc ſucceſſuros, et qui ius, quo locupletari poſſit, negligit, eo ipſo liberalis ſit erga eum, in cuius ſit fauorem, haud opinamur legislatori alienam ſententiam affingere, quando eum voluiſſe dicamus, ne liberalitas debitoris, qui in materiali concurſu verſetur, creditoribus noceat. Numne vero minor aequitas in omni debitoris priori liberalitate appareat? Certe Ordo noſter eandem ſententiam omni tempore in dotis promiſſione, quae noſtris moribus ſemper aliquam liberalitatem ſupponit, ſeruauit publiceque profeſſus eſt, indeque ſaepius, ſi, qui dotem ſtipulatus erat, ſiue pater ſiue extraneus, bonis lapſus eſſet, curatori litis aduerſus petentem probationem exceptionis permiſit, debitorem communem tempore promiſſionis non amplius ſoluendo fuiſſe, HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 290. inprimis cum tacita hypotheca in bonis dotem promittentis iure hodierno non ſit reſtituta, vti defenſum eſt apud BERGERVM *Oec. iur. L. II. t.* 5. *ſ.* 5. *not.* 3. *p.* 382. *ed. nov.* Igitur omnino pariter iniquum atque iniuſtum videtur, eos donatarios in concurſu creditorum audire, qui donationum adimpletionem poſtulant, quam acceptabant tum, cum qui nunc multorum creditorum debitor communis eſt, olim forte diues eſſet, ſimulque liberalis, poſt for-

tunae

tunae iniuria bonis ſuis denudatus. Leges enim vt plurimum diſcrimen faciunt inter eos, qui in lucro captando aut damno vitando verſentur, *l.* 46. *D. ex quib. c. mai. l.* 6. *ſ.* 11. *D. qv. in fraud. cred.* MENCKEN *Dig. L. I. t.* 4. *ſ.* 13. atque inprimis in concurſu creditorum hi multum valent prae illis; quod conſpici poteſt exemplo *morgengabae* et cibariorum, quae vidua nec viuo nec mortuo marito petere poteſt, ſi bona eius ad ſoluendum creditoribus non ſufficiant, *O. P. S. tit. XLIII. ſ.* 4. addita a legislatore ratione: quia viduae de lucro captando, creditores autem de damno vitando laborent. Simile exemplum habemus in donationibus, a viris obaeratis olim in vxores collatis, quae ex Mandato aduerſus hos homines anno 1766. lato §. 15. per ſtatum imparitatis ſoluendo, in quem viri donatores poſt delabuntur, eo ipſo in caſſum eunt, absque diſcrimine, num donatio facta ſit a viro locuplete adhuc vel per aes alienum iam oppreſſo. Ex hac ergo iuris analogia nobis videtur exceptio ſtatuenda in obligationibus debitoris a concurſu adimplendis, quoad donationem, atque omnis actio ex donatione in concurſu creditorum ceſſare, nec adeo donatario inter chirographarios ſolui poſſe, cum durum videatur, hos pati debere, pecuniae ſuae, quam olim debitori bona fide crediderant, partem ad locupletandos donatarios ad hiberi. Potius ius noſtrum omnia ea lucra turpia appellat, ac prohibet, quae ex damno alterius quaeruntur, *c.* 9. *X. de poenis.* Haec cauſa eſt, cur Ordo noſter ſemper ſoleat omnes omnino donationes in concurſibus reiicere, vt inter alia fecit anno 1776. cum perſona illuſtris obaerata moreretur, poſtquam veſtimenta ſeruo cubiculi donatione inter viuos dediſſet. Scilicet eum ablegauimus vſque poſt ſolutionem omnium creditorum: *Dieweil I. C. M. den an des verſtorbenen garderobe gemachten anſpruch auf eine vorgegebene ſchenkung unter denen lebendigen gründet, dieſelbe aber nur alsdann, wenn zuvor ſämmtliche gläubiger die völlige befriedigung erhalten, ihre rechtliche wirkung erlanget, weil auſserdem, in ſo ferne ſolche zum nachtheil des credit - weſens gereichen ſollte, dieſelbe durch die pauliniſche klage mit grunde angefochten werden könnte, daher kläger mit dieſem anſpruch erſt nach bezahlung aller ſchulden in anſatz gebracht worden.*

Caue

Caue tamen haec accomodes ad eas donationes, in quibus donans res donatas ante coeptum concurſum creditorum donatario iam tradidit. Leges enim bonorum ceſſionem vel lapſum cauſam reuocandarum perfectarum donationum nonniſi in vna ſpecie, nempe inter virum et vxorem, eſſe voluerunt, vnde in reliquis donationibus completis manet iuris praeceptum: ſi inter duos de lucro quaeratur, meliorem eſſe conditionem poſſidentis, *l.* 126. *D. de R. I.*

## ADNOTATIO IX.

### *De iure compenſationis in concurſu creditorum.*

Ardua eſt quaeſtio, ſaepeque agitata, rarius tamen ab interpretibus iuris expoſita, adeo vt nequidem SEBASTIANVS MEDICES, qui integrum de compenſatione librum ſcripſit, inter octoginta et vnam quaeſtionem hanc cauſam tangeret. Ante omnia vero notemus, nos hic minime de ea exceptione compenſationis agere, quam curator litis ſolet creditoribus, praeuia citatione edictali conuenientibus ac liquidantibus, (ſit venia huic verbo barbaro quidem, ſed vix cum aliis plene comparando) opponere ob nomen, quo eosdem ex alia cauſa in debitoris communis aere eſſe reperit, cum in ſtatum eius actiuum inquireret; id quod nihil ſingulare eſt et quotidie fieri, ac creditore negante huius exceptionis probationem illi iniungi videmus. Verum de ea compenſatione dicimus, quae non opponitur a curatore litis creditori liquidanti, ſed a creditore (ſenſu ſcilicet generaliori, quo omnis is creditor dicitur, cui alter aliquid debet, *l.* 10. *D. de V. S.*) curatori bonorum, ſeu maſſae, tum nempe, quando hic ab illo quicquam petit, vel totum vel partem, qui tamen ſe ob compenſationem non debere contendit. Quod an facere poſſit, videamus. Eiusmodi compenſatio autem quadruplici modo conſideranda venit, aut potius in quatuor facti ſpeciebus obuenire ac cerni poteſt. *Primo* enim aut creditores compenſantes in termino per publicam citationem praefixo comparuerant, ac propria ſua credita liquidauerant, atque per ſententiam conſuetam prioritatis vnicuique ſuus locus aſſignatus eſt, aut *ſecundo* dicti creditores non-liquidando a maſſa ſe praecludi paſſi ſunt; *tertio* creditum compenſandum aut iam extitit ante concurſum, aut orto demum concurſu natum eſt; tandem *quarto* ſaepius inprimis de compenſatione creditoris quaeritur, qui fundum cridarii pendente concurſu ſub haſta emit. In his igitur ſingulis ſpeciebus eſſe poſſunt mutuae petitiones inter creditorem ac debitorem communem, ſiue, huius loco, maſſam concurſus, curatoremque bonorum. Primus caſus nec non duo poſteriores faciles ſunt intellectu, ſecundus eo continetur, quando curator bonorum nomen aliquod, quo maſſa concurſus augeri poſſit, ab eiusmodi reo

 exi-

exigit, qui, ſi voluiſſet, et ipſe in termino ſuum nomen liquidare potuiſſet, nunc vero, omiſſa liquidatione, idem nomen compenſare cupit. Ex quo ſimul diuerſitas apparet inter compenſationem curatoris litis, qui ea vtendo creditoris liquidum diminuere ſtudet, atque creditoris, qui, eam opponendo in lite peculiari a curatore bonorum inſtituta, prohibere curat, ne maſſa a ſe augeatur.

Et in vniuerſum quidem pro compenſatione in concurſu creditorum generalis illa iuris regula omnino pugnat, qua compenſatio, ſi liquida ſit aut fiat, nec ſpecies debeatur, vbiuis locum habere, atque adeo ipſo iure fieri ac ſolutionis loco eſſe, aut potius fictione iuris pro ſolutione haberi atque etiam a quouis debitore cuiuis petitori, nec non in quauis cauſa, ſola depoſiti ac ſpolii aliisque pauciſſimis exemtis, opponi poſſe dicitur, ita vt, qui debeat, et compenſare poſſit, deſinat debere, *l.* 1. 2. 4. 21. *vlt. pr. D. de compenſ. l.* 4. 5. 12. *C. eod. §.* 30. *I. de act.* WERNHER *Obſ. for. T. I. P. II. O.* 409. STRVV. *S. I. C. Ex.* 21. *§.* 14. *ſq.* STRYCK *vſ. mod. L. XVI. t.* 2. *§.* 2. SCHILTER. *Exerc. ad Pand. ex.* 28. *§.* 15. SEB. MEDICES *de compenſat. P. I. praef. no.* 2. et *P. II. qu.* 1. *no.* 3. *qu.* 2. *no.* 2. *qu.* 31. *no.* 15. TYNDARVS *de compenſat. art.* 1. *no.* 47. *§.* 51. 56. 61. *art.* 7. *no.* 1. 23. cf. *Conſt. El. Sax.* 8. *P. I. c.* 8. et CARPZ. *ibi def.* 1. *no.* 4. it. *Mand. d.* 23. *Dec.* 1699. *§.* 1. Hoc igitur compenſationis ius cum vbique vagetur, cur ſolum concurſum creditorum excludendum putemus? ex quo eam neque *l.* 4. *D. qui potior.* neque analogia iuris, nec denique ICtorum opinio repellit, potius BERGERVS *Oec. iur. L. III. t.* 15. *§.* 4. *not.* 8. LEYSERVS *Vol. III. ſpec.* 173. *med.* 4. MARTINI *anal. for. to.* 39. *§.* 1. *n.* 547. F. E. PVFFENDORFIVS *Obſerv. T. I. obſ.* 79. HOMMELIVS *rhapſ. obſ.* 378. aliique admittunt; cui addi poteſt CHR. C. KANNE *V. C. in diſſ. de compenſ. et retent. in conc. cred.* Age igitur percurramus ſingulas quatuor ſpecies ſupra nominatas.

Et quod ad *primam* quidem attinet, finge, Caium qui in termino liquidationis tanquam creditor centum, quae debitor communis ſibi deberet, petierat, poſt in

claſſe

claſſe ſibi conueniente locatum, non minus debitori communi ex chirographo centum debere, atque ob eam rem a curatore bonorum nunc actione pulſatum opponere compenſationem, qua ſuum debitum, ſuo credito deletum, chirographum ergo reddendum ſit, ſibi autem tantummodo ſpes vacet, in futura maſſae diſtributione concurrendi. Fortaſſis lectores noſtri neminem dubitaturum credent nec de iuſtitia eiusmodi compenſationis, nec de certitudine ſententiae abſolutoriae. At nihilominus ſunt, qui dubitant, inprimis tunc, quando Caius ille ſit collocatus inter creditores vltimae claſſis. Putant enim ius eſſe quaeſitum hypothecariis, poſtulare, vt omnia debitoris communis nomina actiua, quisquis ea debeat, eo conſilio exigantur, vt habeat maſſa, vnde ipſis ex prioritatis beneficio ante creditores chirographarios ſolui poſſit. Quod etſi per ſe verum eſt, tamen eam vim habere nequit, vt ille chirographarius creditor nihil peccans, alio, haud minori beneficio iuris, compenſationis nempe, non ſine iniquitate priuandus ſit, et in concreditoris commodum condemnandus ad ſoluendum id, quod leges diu ſolutum eſſe praeſumunt, SCHILTER. *l. c.* *ſ.* 16. quare idem ſimul debere ac non debere videbuntur. Neque MEVIO conſentire poſſumus, qui *Deciſ. P. XII. dec.* 127. vt compenſatio in concurſu creditorum locum habeat, praeuiam atque expreſſam ante concurſum declarationem de compenſandi voluntate deſiderat; etenim quod ipſo iure fit, non indiget declaratione, atque adeo compenſatio procedit etiam inuito debitore, MEV. *l. c. not.* 10. *l.* 2. 3. *D. de compenſ.* Male hoc poſtulabat curator quidam bonorum apud BOEHMERVM *Conſult. for. To. II. p.* 1. *reſp.* 302. pro quo quamuis tunc reſponſum eſſe legimus, tamen id ex alia cauſa factum, vt infra videbimus. Sane BERGERVS *Oec. iur. L. III. t.* 15. *ſ.* 4. 11. 8. diſerte dicit, exceptionem compenſationis etiam in concurſu creditorum locum habere, *non obſtante prioritate*, cf. KANNE *l. c. ſ.* 9. Etenim creditor hypothecarius nonniſi ſuum accipit ex maſſa adhuc praeſenti, et nominibus ad eam vere adhuc pertinentibus, haud vero ante concurſus initium per compenſationem iam deletis. Neque credendum eſt, ſubeſſe ſatisfactionem vnius creditoris prae alio moto concurſu, inprimis in detrimentum priuilegiatorum prohibitam. Nam nunc non ſoluitur,

 ſed

ſed tantummodo declaratur, quondam, cum mutua debita exiſterent, ficte ſolutum, ac illud debitum, quod nunc curator bonorum petit, iam tunc ipſo iure peremtum fuiſſe, adeoque non amplius exiſtere. Nec profecto differentiae rationem perſpicere licet, cur v. g. eadem compenſatio decem ſolidorum, quam curator litis, ſi iuſto tempore ſciuiſſet, Titio viginti liquidanti cum effectu oppoſiturus fuiſſet, nunc, quando curator bonorum eosdem decem peculiari lite petit, hoc efficere non poſſit, vt mutuae petitiones ad concurrentem ſummam inter ſe contribuantur; inprimis, quando creditoris petitio per locationem factam iam ad liquidum ſit deducta.

Veniamus ad *alteram* ſpeciem, agente nempe curatore bonorum ex credito contra eum, qui, quamuis et ipſe creditor eſſet debitoris communis, tamen ſe omiſſa liquidatione praecludi a maſſa concurſus paſſus eſt. In qua re profecto non leuis dubitatio verſatur. Etenim, qui compenſationem in concurſu oppugnant, dicunt, hoc caſu compenſare volentem non amplius maſſae creditorem eſſe, quippe qui non ſolum non-liquidando ex ea nihil ſe petere velle tacite declaraſſet, ſed etiam ab eadem per rem iudicatam vere praecluſus eſſet. At ſalua res eſt. Haec enim omnia naturam compenſationis, vt ita dicamus, iuridicam commutare nequeunt, quae inprimis eo continetur, vt creditum ac debitum eo momento, quo vtrumque exiſtit, ipſo iure ſublatum deletumque cenſeatur. Ex quo efficitur, eiusmodi creditorem Sempronium, qui ante concurſum Titio debitori communi pecuniae ſummam ex emto debuiſſet, quique ipſe eidem totidem antea vel poſt ex mutuo credidiſſet, eum igitur Sempronium ob compenſationem crediti debitique mutui, temporis alicuius momento factam, non amplius creditorem Titii tunc fuiſſe, cum hic bonis cederet, adeoque Sempronio ius omnino eſſe, curatori bonorum, chirographum exigenti, exceptionem deletae ipſoque iure peremtae per compenſationem obligationis opponere. Certiſſimum igitur eſt, id quod HOMMELIVS eandem ſententiam tenens *l. c.* dicit, eos, qui omittant liquidationem, ſuas quidem in concurſu actiones perdere, non autem exceptiones, quippe quae perpetuae ſint, cf. KANNE *l. c.* *§.* 12. *et auctor libelli: die Lehre von d. Praecluſion*

*der*

*der Glaeubiger*, 1781. *ſect. II. c.* 1. *§.* 32. adeoque nec exceptionem compenſationis, inprimis cum hanc lex faciat ſine homine, vt loquitur TYNDARVS *de compenſ. art.* 1. *no.* 74. 80. Pari modo ſentire ſolet Facultas Lipſienſis, quod patet non ſolum ex ſequentibus verbis reſponſi apud dict. HOMMELIVM *l. c. Vol. II. p.* 249. *ed. nov. Dieweil zwar ausgemachten rechtens iſt, daſs ein jeder glaeubiger ſeine anforderungen an dem gemeinen ſchuldner in dem liquidations - termin anzuzeigen verbunden, davon aber ganz unſtreitig ausflüchte ausgenommen ſind, welche man nicht eher, bis man von dem creditweſen in anſpruch genommen wird, anzuzeigen ſchuldig*, ſed etiam ex ſequentibus rationibus alius ſententiae a. 1779. m. Oct. praefecto Kelbracenſi datis: *weil, wenn ſchon beklagte, da ſie im liquidationstermine nicht erſchienen, ihrer an den gemeinen ſchuldner habenden anforderung von dieſem concurs für praecludiret zu achten, gleichwohl die praecluſion nur dieſe folge nach ſich ziehet, daſs ſie mit einer wider den concurs zu erhebenden klage nicht weiter zu hoeren, keinesweges aber ſie deshalb ihrer habenden exceptionen, daferne von ſeiten des creditweſens wider ſie klage erhoben wird, für verluſtig zu achten, welche vielmehr letzteres, in ſo ferne ſie wider den ſchuldner ſelbſt gegründet, da es in deſſen gerechtſame ſuccediret, nicht weniger zu agnoſciren gehalten.* Similem compenſationem etiam admitit ſummum tribunal Cellenſe apud PVFFENDORFIVM *l. c.*

*Tertio* fingamus, curatorem bonorum aliquod nomen exigere a Publicio, ad maſſam concurſus augendam, hunc vero opponere exceptionem compenſationis, dicentem, concurſum etiam ſibi aliquid debere, quo nomen ſuum diminuatur, at illum replicare, nomen exigendum vetus eſſe, compenſandum vero nouum, quod orto concurſu nondum extiterit. Et hic quidem fere omnes conſentiunt, compenſationi locum denegantes, tum, quando debitum compenſandum recens ſit et coepto demum concurſu natum, inprimis BERGERVS *l. c. et Reſolut. Lauterb. ad L. XVI. t. 2. quaeſt.* 1. BOEHMERVS, HOMMELIVS, PVFFENDORFIVS *ll. cc.* ac I. E. IVST. MÜLLER *Promtuar. iur. hac voce.* Et recte quidem. Si cauſas quaeris, prima

prima haec eſt, quoniam ipſo momento dum concurſus incipit, creditoribus ius quaeſitum naſcitur, vt bona, quae tunc debitori communi, tanquam ex naufragio ſeruata, adhuc reſtant, inter ſingulos pro ratione prioritatis atque inter aequales pro rata ſummarum diſtribuantur, ab eo tempore nullo modo diminuenda; BOEHMER *l. c. no.* 8. MEV. *Deciſ. P. VII. dec.* 127. *not.* 7. PHILIPPI *de ſubhaſt. c.* 3. *comm.* 12. *no.* 55. *ſq.* HOMMEL *l. c.* neque concurſus ſubſequens ius anterius creditorum tollit, BERGER *dec.* 476. *no.* 5. altera, quod perſona mutui debitoris mutatur, quae ante concurſus initium ipſe debitor erat, nunc orto eo, maſſa concurſus eſt, omnibus ac ſingulis creditoribus communis. Nam quamuis ea maſſa, ſeu concurrentes ad eam creditores in cridarii obligationes et iura ſuccedant, *v. ſupra Adnot. VIII.* tamen hoc tantummodo intelligitur de iis, quae ante concurſum fiebant, illae vero obligationes, quae poſt ineuntur, non contrahuntur a debitore communi, rerum ſuarum adminiſtratione exuto, verum a concurſu ipſo, ſeu eius maſſa.

Ea res ſaepiſſime occurrere ſolet locatis a debitore, dum liber rerum ſuarum arbiter eſſet, praediis ſuis, et orta inter curatorem bonorum atque colonum ſuper mercede ſoluenda, lite atque oppoſita ab hoc ex cauſa cautionis compenſatione. In eiusmodi itaque controuerſia ante omnia videndum, primo, finitusne ſit locationis contractus, et, quod probe notandum, ipſa res locata cum inuentario plene atque perfecte reddita? Quae traditio ſi vel plane non facta, vel manca ſit, locator nullo modo, adeoque nec compenſando cautionem repetere poterit, id quod inter alia apparet ex Reſponſo Ordinis noſtri anno 1779. menſe Iulio dato, quo conductori praedii nobilis ius retinendi cautionem et compenſandi cum mercede debita denegatum eſt, ſimulque rationibus adiectis ſignificatum, hoc propterea fieri, quia inventarium, pro quo non minus ac pro locario cautio interpoſita erat, nondum eſſet traditum, alias vero compenſationem locum habituram fuiſſe, verbis: *O. w. die compenſation eintreten dürfte, welche nicht minder wider den concurs unbeſchadet der verſchiedenheit der creditorum gerechtſame ſtatt findet, immaſsen letzteres das vom Berger in Oec. iur. L. III. t.* 15. *§.* 4. *not.* 8. *angezogene urthel des churf. ſaechſ. appel-*

*appellationgerichts bewaehret - - - d. a. u. d. compenſatio debitum vtrinque liquidum et purum voraus ſetzet, von welcher beſchaffenheit zwar die pachtgelder, ſo bald der zur bezahlung feſtgeſetzte termin verfloſſen, nicht aber auch die von Caio erlegten cautionsgelder ſind, allermaſsen, ob und wie viel von dieſem zu erſtatten, nur alsdenn, wenn zuvor der pachter aller übernommenen verbindlichkeiten, ſowohl in anſehung des gutes als inventarii, gnüge geleiſtet, beſtimmt werden mag, daneben, wenn die compenſation wider den concurs ſoll angezogen werden koennen, daſs ſolche wider den ſchuldner, ehe er in concurs verfallen, exiſtirt habe, und dadurch die wechſelſeitige anforderung erloſchen ſey, vorauszuſetzen, allermaſsen die am meiſten privilegirten creditores an dem an der maſſe und denen dazu gehoerigen activis habenden rechte beeintraechtiget werden würden, wenn einem ihnen nachſtehenden creditori, deſſen forderung allererſt nach eröffnung des concurſes erwachſen, nachgelaſſen werden ſollte, gegen das, ſo er dem creditweſen vorher ſchuldig, zu compenſiren, und ſich hierdurch jenem vorzudraengen.* Quae omnia tamen ita intelligenda ſunt, vt nullum ſit diſcrimen inter ea nomina, quae quidem compenſare cupienti iam ante concurſum competebant, ſed demum moto eo ad liquidum deducta ſunt; ita, vt ſatis eſſe videatur, modo debitum compenſandum ante concurſum natum ſit, etſi nondum quaſi educatum atque probatione confirmatum. Num enim liquidum ſit debitum compenſandum vel minus, non quaeritur in compenſationis oppoſitione, ſed executione, TYNDAR. *l. c. p.* 396. vnde non dubitamus, quin ſi alterutra mutuarum petitionum, antea dubia atque incerta ac probatione indigens, vtraque vero pendente concurſu ſiue per vnius partis confeſſionem ſiue per alterius iuramenti praeſtationem, ſiue denique per vtriusque transactionem certa atque liquida facta fuerit, tunc compenſationi locus ſit concedendus, et quidem, vt loquuntur, non ex nunc, ſed ex tunc, vt nempe debitum vtrumque iam eo tempore peremtum cenſeatur, quo exiſtere ſub ſpe futurae probationis dicebatur. Quid vero? ſi, qui debitor ſit maſſae ex antiqua obligatione, nihil habens ſimile eiusdemque conditionis compenſandum, forte ab aliis nomina, itidem antiqua, ſibi ad hunc effectum cedenda curet?

Diſtinguendum videtur, vtrum ea ceſſio fiat ante concurſum aut eo iam moto, quo poſteriore caſu Scabini Lipſienſes compenſationem non admiſere apud LEYSERVM *ſpec.* 174. *med.* 5. approbante ſummo prouocationis ſenatu. Nam profecto ratione compenſationis id debitum pro nouo haberi debet, quod compenſans incipiente concurſu in bonis nondum habebat.

Ceterum ex eo, quod ſupra dictum eſt, ſimul efficitur, conductorem, qui mercedem debet, nec cautionem, nec ſi quid aliud a maſſa poſtulare queat, ſiue liquidauerit, ſiue minus, compenſare poſſe adverſus alias penſiones, quam eas, quarum ſoluendarum dies iam ante initum concurſus ceſſerat, non autem contra eas, quarum ſolutionis terminus pendente demum concurſu incidit, tum quia, vt iam diximus, poſt bonorum ceſſionem nullus creditorum in reliquorum praeiudicium ſibi ipſi ſoluere poteſt, ac nihil agit creditor, qui cauſam ſuam in fraudem concreditorum meliorem facit, *l.* 10. *§.* 13. *D. quae in fraud.* SALGAD. *Labyrinth. cred. P. III. c.* 8. NICOLAI *reſol.* 23. *no.* 108. *ſq.* tum, quoniam, vti haud minus iam monuimus, conductor eas penſiones non debet debitori communi, verum toti concurſui, ac maſſae ſiue omnibus creditoribus, quorum debitor factus eſt vel peculiarem et nouum locationis conductionis contractum ineundo, vel veterem cum cridario celebratum continuando, adeoque nunc non idem eſt creditor ac debitor, qui ante concurſum erat. Ex eadem cauſa nec antiquum nomen cum nouo debito, poſt motum concurſum nato, compenſari poſſe, vnusquisque videbit. Vnde, quemadmodum HOMMELIVS *l. c.* refert, etiam caſu inuerſo, nempe colono poſt multorum annorum mercedem haud ſolutam bonis lapſo, locatori, a quo curator bonorum cautionem, tanquam nomen, ad communem concurſus maſſam pertinens, exigere volebat, compenſatio permiſſa eſt, quia cautionis ſumma eſſet infra reſtantem mercedem, adeoque ineunte concurſu iam abſorpta. Haec ſi conſideramus, facile intelligi poterit, cur BOEHMERVS *l. c.* in propoſita ſibi ſpecie, qua creditoris debitum tempore coepti concurſus terminum ſolutionis nondum attigerat, aduerſus compenſationem reſponderet, poſita in primordio iuris regula: compenſationem vnius debiti cum altero lo-

cum

cum non habere in concurſu creditorum, ſi alterius debiti dies moto concurſu demum venerit. Profecto etiam extra concurſum omnis compenſatio requirit debitum non ſolum liquidum, ſed etiam purum, reiecto eo, quod tantum in diem debetur, *l.* 7. *pr. D. de compenſ.* SEBAST. MEDIC. *l. c. qu.* 8. *no.* 2. nam qui petere nequit, nec compenſare poteſt, TYNDARVS *de compenſ. art.* 7. *no.* 26. *et art.* 1. *no.* 24. quapropter, cum, vt antea vidimus, coepto ſemel concurſu nulla quoad creditorum prioritatem mutatio ſit facienda, ſequitur, compenſandorum nominum vtrumque ante concurſus initium extitiſſe debere, ſaltim quoad fundamentum agendi, quamuis probatione in futurum tempus dilata. Nec quoad poſterius obeſt, quod ſecundum iuris regulas debiti illiquidi nulla omnino ſit compenſatio: nam hoc intellige tantum de comparatione illiquidi cum liquido, at vero hoc ad liquidum perducto, vtriusque eadem eſt natura, et eius quod nunc liquidum factum eſt, collatio retrotrahitur ad illud tempus, quo debitum quondam extitiſſe, nunc probatum eſt.

Ex his, quae hactenus dicta ſunt, porro efficitur, eiusmodi nomen, quod naſcitur ex negotio poſt concurſum demum inito, cum ea obligatione, quam quamuis antea natam perfecit demum terminus ſolutionis appropinquans, compenſari inter ſe minime poſſe. At vero, quando neutra, ſcilicet neque curatoris bonorum actio nec compenſatio, a reo creditore facienda, antiqua ſit, verum vtraque recentiores poſt concurſum natales habeat, tunc compenſatio viciſſim locum habebit. Quo aequius enim eſt, nullam compenſationem niſi vtrinque eorum nominum permittere, quae ambo ante concurſum nata ſint; eo minus et ea comparatio reiicienda videtur, quando vterque et petitor et excipiens pendente demum concurſu ſibi inuicem obligari coeperunt. Qua de cauſa ſi praediorum conductor penſiones, coepto demum concurſu debitas, haud ſoluiſſet, ac forte e contrario damni caſu fortuito accepti reparationem, aut ſolutorum onerum repetitionem a concurſu poſtulare ius haberet, non dubium eſt, vtrumque debitum, ſi liquidum factum ſit, inter ſe compenſari poſſe.

Fac tandem *quarto*, cum fundus debitoris communis publice ſub haſta venditioni ſubiicitur, in termino huic rei praefixo inter eos, qui ad emendum conueniunt, eſſe etiam vnum ex creditoribus, qui ſimul licitetur, (id enim omnino permiſſum eſſe PHILIPPI *de ſubhaſt. c.* 3. *comm.* 10. *no.* 6. oſtendit), quique fundo ipſi vt plus licitanti addicto, veniente ſolutionis tempore emtionis pretium cum iis, quae ſibi ex maſſa debeantur, compenſare cupiat. Hoc igitur an iure faciat? quaeritur. Profecto ab vna parte negari non poteſt, durum videri, emtorem cogere, vt pretium ſoluat eo conſilio, vt aliquando, diſtributione inter creditores facta ſibi quoque vel totum vel aliqua eius pars reddatur, adeoque eum compenſationis beneficio exuere, imprimis cum per eam ſaepiſſime inſimul haud paucis expenſis parci poſſit. Id quod tunc eo acerbius videatur, quando ei in hoc ipſo fundo ob pecuniam, olim creditam nunc in concurſu liquidatam, hypotheca conſtituta ſit, quae apparens iniquitas multos mouit, vt omnino compenſationem hic loci admitterent. Ab altera vero parte plura ſunt argumenta, compenſationem diſſuadentia, ac non pauci auctores ab ea alieni, inter quos eminet PHILIPPI *ad Dec. El. Sax.* 71. et *de ſubhaſt c.* 3. *comm.* 12. *no.* 55. *ſqq.* adiectis Scabinorum Lipſ. ſimilibus ſententiis. Etenim notum eſt, in omni ſubhaſtatione neceſſaria contractum emti venditi iniri inter iudicem ac licitatorem, DAMHOVDER *de ſubhaſt. c.* 3. quorum ille emtores conuocat, rem vendendam proponit, conditiones venditionis praeſcribit, plus licitantis oblatum pretium acceptat, de ſolutionis terminis paciſcitur, rem ipſam ei addicit, atque adeo dominium, quod a priore poſſeſſore tacite reſignatum cenſetur, in eum transfert; vt ſic non mutuus debitor et creditor cridarius cum licitante reperiatur, verum idem licitans cum iudice ſubhaſtante, cuius noua intercedit perſona. Nec melior compenſationis conditio erit, ſi dicere malis, eiusmodi emtorem pretium debere ne quidem iudici, ſed creditoribus, quo argumento vtitur PHILIPPI *l. c. comm.* 12. *no.* 57. *ſq.* Nam, quicquid ponas, in vtroque alius conſpicitur debitor alius creditor, quia fundorum emtor ex hac ipſa emtione nihil omnino debet cridario. Tacemus, ſubeſſe etiam debitum nouum, ſub initium concurſus nondum exiſtens, cuius nullam eſſe compenſationem cum eo, quo debitor rerum ſuarum adhuc arbiter

ter creditoribus obligatus erat, ſupra vidimus. Porro ad ipſas leges prouocare liceat, inter quas inprimis tum deciſio electoralis *LXXI.* tum lex iudiciaria repetitae praelectionis *ad tit. XXXIX. §.* 16. nec non Mandatum de modo ſubhaſtandi *d.* 26. *Aug.* 1732. quarum legum dum hae nonniſi licitationes paratae pecuniae permittunt, illa emtori omnem proprii crediti compenſationem interdicere videtur, ſingulae compenſationi emtoris manifeſte obſunt; cf. PHILIPPI *l. c. n.* 53. *ſq.* et BRVNNEMANN *de conc. cred. c.* 7. *§.* 10. Denique nihil certius eſt, quam, ſi eiusmodi compenſationem abſque limitibus admittere velimus, hoc modo omnem creditorem, ſiue priuilegiatum ſiue chirographarium, in reliquorum praeiudicium concurſu pendente ſibi ipſi ſoluturum eſſe, ſeque plus priuilegiatis, aduerſante omni concurſus natura, ante poſiturum. Quapropter in hac cauſa vtrinque dubia decidenda ita verſari liceat, vt tanquam brocardicum iuris ponamus: licitatorem ſecundum regulam compenſatione vti non poſſe, at vero ab hac regula aequum eſſe vt ſingulari caſu deflectatur, nempe tum, quando id abſque reliquorum creditorum praeiudicio fieri poſſit. At vero hoc aliter euenire haud poterit, niſi, argumento ex lege iudiciaria recentiori *ad tit. XLI. §.* 6. ducto, ſub his conditionibus, vt 1) qui rem debitoris communis ſub haſta emit, eius haud dubius creditor ſit, 2) in termino liquidationis liquidauerit, 3) in ſententia deſignatoria inter priuilegiatos, et quidem 4) pure collocatus fuerit, 5) vt nemo alius creditor in eadem ſententia deſignatoria ad hunc fundum eiusque vendendi futurum pretium aſſignatus ſit, tandem praeprimis 6) vt idem emtor ſimul inter creditores omnium primus ac potior ſit, ſiue beneficio ipſius ſententiae, ſiue facta hucuſque praelocatis ſatisfactione, 7) vt de expenſis concurſus et reliquis nominibus primae claſſis ſoluendis idonee caueatur, tandem 8) vt iure Elect. Sax. ab hac compenſatione libera ſit decima pars totius pretii, quippe quam leges noſtrae in omni ſubhaſtatione, tanquam cautionem de non poenitendo ſtatim ab initio parata praeſentique pecunia ſoluere iubent, *O. P. R. ad t. XXXIX. §.* 16. et *Mand. Elect. d.* 26. *Aug.* 1732. Sic et aequitas ſeruabitur et conſilium implebitur, quo in concurſu emtio fundorum parata pecunia fieri legibus iubetur, ſcilicet, vt habeant liquidantes creditores, vnde, ſecundum cuius-

cuiuslibet prioritatem, accipiant, *l.* 15. *§.* 7. *D. de re iud.* PHILIPPI *l. c. comm.* 12. *no.* 4. Quid enim opus foret, mercedem emtionis concurſui ſoluere, quam qui ſoluit, ſtatim ex ſententia diſtributionis recepturus eſt? Quid? quod curatori bonorum nomine maſſae agenti ac pretium venditionis exacturo opponi poſſit, ſecundum notam iuris regulam eum dolo facere, qui petat id, quod ſtatim ſit reſtiturus, *l.* 173. *§.* 3. *D. de R. I.* Ceterum noſtram ſententiam probat etiam BERGERVS *l. c.* vbi ICtos Vitebergenſes reſpondiſſe, et *ſuppl. ad El. diſp. for. P. II. ad tit. XI. no. XIX.* vbi ſummum ſenatum an. 1709. ſic pronunciaſſe refert, nec non STRYCKIVS *ad* BRVNNEM. *l. c.* et LEYSERVS *ſpec.* 173. *med.* 4. adducto ICtorum Helmſtadienſium iudicio. Haec omnia de eo creditore, ſimulque emtore, nobis intelligenda videntur, qui ex primae prioritatis iure ſolus totum ſoluendum emtionis pretium mox abſorbiturus ſit. Quamuis enim forte ſint, qui, quae diximus, eadem tum quoque applicari poſſe putent, quando fundorum emtor non proximus quidem ſit percipiens, at praeuidere ac docere tamen poſſit, non minus ad ſe aliquando ſaltim partem ſolvendi pretii, poſt praelocatorum ſatisfactionem peruenturam eſſe, tamen periculoſum videtur, hac ratione controuerſiam de ſpe percipiendi vel proximiore vel remotiore excitare et ſic occaſionem longis demonſtrationibus praebere, quarum potius euitandarum cauſſa compenſatio eſſe deberet, TYNDAR. *l. c. p.* 454. Accedit, quod eo ipſo ſimul emtori quaſi ius retentionis vſque ad futuram perceptionem concederetur, quod tamen in concurſu creditorum, excepto ſolo quaſi-pignore, plane nullum eſt, *O. P. R. ad tit.* 41. *§.* 1. *Reſcript. ad dicaſteria d.* 1. *Aug.* 1764. *ap.* HOMMEL. *Rhap. obſ.* 378. cf. *proluſio* III. I. A. TH. KINDII *de retent. pign. in c. cred.* vnde nec LEYSERO ſubſcribendum, cui compenſationem ſemper admittit, modo veroſimile ſit, creditorem eundemque licitatorem ex pretio emti fundi quicquam percepturum eſſe. At, ſententia diſtributionis iam confecta et publicata, compenſatio in tantum admittenda videtur, quantum emtori in illa aſſignatum reperitur.

At vero, quid faciemus legibus illis patriis, quas paratam in ſubhaſtationibus pecuniam deſiderare vidimus. Sane ſingu-

ſingulas cum opinione noſtra in amicitiam reuocare poſſe putamus, modo obſeruemus, neutram omnem omnino compenſationem emtori interdicere. Enimuero deciſio Electoralis *LXXI.* tantummodo eam quaeſtionem excitat, quis licitator praeferendus ſit, num extraneus, qui minus pretium pure obtulerit, an vero cridarii creditor, plus offerens, ſed cum conditione ſuum creditum compenſandi, quae quaeſtio poſt mandatum de anno 1732. non amplius naſci poteſt, neque nos de eo diſputamus, vtrum hodie poſt idem mandatum et legem iudiciariam poſſit in termino venditionis licitum conditionatum de proprio ementis nomine imputando admitti? id quod omnino negamus; verum de eo, an et quatenus qui ex iſtis legibus abſque conditione ac pure licitatus fuerit, fundumque pro certa pecuniae ſumma emerit, ſaltim perfecto emtionis negotio ac in ipſa ſolutione mutui debiti beneficio vti queat? quam cauſam neutra lex nec proponit nec conficit, nos vero pro rerum varietate decidendam putauimus.

---

## Adnotatio X.

### *De actore per reprobationem probante.*

Actor per reprobationem eius, vnde petitur, tunc probare dicendus eſt, quando in hac praeter intentionem reprobantis talia inueniuntur a iudice, quae ad confirmandum ipſum libellum faciunt. Sunt autem duo, quae quotidie in ſententias vel ferentium vel acceptantium ore verſantur, quae ſi recte conſideraueris, ſecum pugnare videntur. *Alterum* eſt tritum illud de probationis fatali termino, quem actori impoſitum recte dicunt ſanctiſſimum eſſe, et a momento in momentum currere, ita coanguſtatum et limitibus circumſeptum, vt probanti temporis fines egredi non liceat, nec vllo modo audiatur, qui vel teſte vti velit intra legitimos dies non nominato, vel documentum allegare, intra eosdem temporis cancellos non inductum, *O. P. S. t. XX. §.* 4. CARPZ. *C.* 16. *P.* 1. *def.* 4. *et* 8. *Alterum*, quando, qui ſententias definitiuas conficiunt, incompletam probationem ex reprobatione ſupplent, et quae in hac pro actore veriſimilia inueniunt, ea nihilominus cum probandi mediis ab ipſo actore adhibitis connumerant, atque ex probatione ac reprobatione vnam aliquam probationem efficiunt. Id quomodo ſecum cohaereat, et quomodo defendi poſſit, actorem ſolo ac proprio probationis termino includere, et tamen eidem permittere, teſtibus vel inſtrumentis alienis, a ſe ad probandum intra tempus legitimum non adhibitis, vti, profecto difficile eſt intelligere. Potius, ſi iuris vel ciuilis vel canonici praecepta intuemur, omnis legalis et ordinaria probatio vel reprobatio ſua quaelibet natura conſtare et neutra auxilium ab altera petere deberet. Et probanti et reprobanti ſuum eſt proprium ac ſingulare ſpatium; clauſis his diebus vtrique praecluſa ſit omnis probandi aut reprobandi facultas, neque poſt haec iure ſtricto vlli parti licere poterit, alios teſtes, aliaque inſtrumenta non a ſe, ſed ab aduerſario allata in ſubſidium vocare. Inprimis in eius, qui petit, officio eſt, de probatione eius ſollicitum eſſe, quod in iudicium deducit, quippe cui ANTONIAM PIVM occinere legimus: *ipſe diſpice, quemadmodum pecuniam, quam te depoſuiſſe dicis, deberi tibi probes, l.* 1. *C. de Edend.* nec non: *qui accuſare volunt, pro-*

*probationes habere debent, cum neque iuris neque aequitatis ratio permittat, vt alienorum inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas fiat, l. 4. eod.* Scio quidem, hoc ita defendi, vt ſingula media probandi aut reprobandi vtrinque communia eſſe dicantur, adeoque inprimis reprobationis teſtes ac inſtrumenta itidem actori in probatione adminiculo prodeſſe poſſe. Sed item etiam ſcio, hoc de mediorum probatoriorum vel reprobatoriorum inter ſe communione figmentum omni fundamento deſtitui, nec eius aliquod praeſidium in legibus inveniri. Quid? quod neque in ICtorum libris de hac teſtium communione, ne dicam multa, vix pauciſſima inueniuntur. Eſt itaque ſola vſus forenſis tirannis, qua hac in cauſa regimur, cuius ſeuero imperio quis audeat ſe ſubtrahere? Aſſumamus itaque et nos, vtrumque litigatorem poſſe in probatione ſua vel reprobatione auxilium ab altera parte petere, ſed in quantum cuique liceat, videamus. Qua in cauſa poſitis quibusdam regulis ita verſabimur, ne omnis antiquae probationis forma ſupprimatur. Reſpiciamus vero inprimis ad actorem, qui per rei reprobationem probare cupit, quo intra iuſtos limites reuocato, dicta facillime quoque ad ipſum reum, qui exceptiones probando vulgo actor fieri perhibetur, accommodari poterunt. Sit igitur, in qua plurima pars huius commentationis verſabitur, haec

### Prima Regvla:

*Actor per reprobationem nonniſi in tantum probat, in quantum reprobantis media ipſi communia facta ſunt.*

Etenim haec communio ſine dubio facit, vt, ſi quid ſit in iis ad probationem vtile et efficax, id omnino actori auxilium probationis eſſe poſſit atque debeat, *l. 7. C. de edendo.* Videamus igitur, primum, quibusnam in reprobandi ſubſidiis ea verſetur? et deinde, in qua litis parte initium capiat? Intercedit autem ea communio *teſtibus, documentis, iuramenti delationi, inſpectioni oculari*, denique *peritorum aeſtimationi*, ac *calculatorum rationibus ſubducendis.* Reliqua enim probationum genera, quae recenſeri

cenſeri ſolent, vt aduerſarii confeſſionem, praeſumtionem, ac famam, KNORR *Anleit. z. gerichtl. Proc. L.* I. *c.* 10. SEYFARTH *teutſch. Reichs-Proc. c.* 17. *et* 18. ESTOR *Anf. gr. d. gem. u. Reichs-Proc. tit.* 69. *ſq.* CLAPROTH *Einleit. z. bürgerl. Proc. T. I. ſect.* 2. *c.* 18. *et* 19. I. A. HOFFMANN *teutſch. R. Prax. P. I. c.* 19. 20. 31. 32. huc non pertinere, vnusquisque videt. Quodſi autem, quando haec communio incipiat? quaerimus, cum ſingula reprobationis media, quibus reus vtitur, ipſi plerumque propria et in eius dominio ſint, ſaltem hic ſolus ſit, qui ea ſibi ad vtendum elegerit; facile intelligitur, ſi aduerſam partem in eorum communionem recipere aut velit, aut velle fingatur, primo aliquod factum eius ipſius neceſſe eſſe, quo haec participationis permiſſio fieri praeſumatur. Deinde, quoniam iura haud patiuntur, vt quis alterum inuitum in communionem trahat, accedere etiam debere aliquod factum reproducti, (vtamur hac barbara voce ob melioris inopiam) ex quo non minus colligi poſſit, illam communionem ipſi non diſplicere. Applicemus hoc ad media reprobandi ipſa. Et primo, quod ad *teſtes* attinet, melius facere non poſſe videmur, quam ſi horum communionis initium in ſolenni illa productione ponimus, qua reprobans animum ſuum conſtantem ac permanentem de vtendo his intra fatale denominatis teſtibus declarat, eosque realiter ita producit, vt, vel praeſente altera parte vel ſaltim citata, futuri teſtimonii dicendi cauſa iurent. Id maximopere confirmatur lege iudiciaria noſtra veteri, *t. XX. §.* 5. *verb. ebenmäſsig etc.* vbi legislator teſtes non praeſentes, nec realiter, ſed forte abſentes productos, nec iuramento adhuc obligatos, reuocari poſſe ſancit. Eandem ſententiam tenet BERLICHIVS *L.* I. *concl.* 38. *no.* 49. *ſq.* eamque rebus iudicatis confirmat, atque eodem modo intelligendus eſt F. A. HOMMELIVS *l. c. §.* 87. cf. HEIGIVS *P. II. qu.* 4. nec non HELLFELD *Iurispr. for. §.* 1182. Nam teſtes aliaque media probandi reuocari amplius non poſſe, et ipſa communia facta eſſe alteri parti, correlata ſunt. Ille igitur reproducti conſenſus in iuramentum a teſtibus praeſtandum, vel a praeſente datus, vel ab abſente, citato tamen, praeſumtus, pro illo facto habendus eſt, quod communionem inducit, nec opus videtur ad hanc rem interrogatoriorum exhibitione, quamuis nec his peculiaris ad te-

ſtes pro communibus habendos vis deneganda, quorum id vnicum conſilium eſt, vt teſtes ſimul pro aduerſario reſpondeant. Inde non dubitamus, quoad extraneos, non realiter productos, initium communionis in traditione interrogatoriorum coram iudice litis, aut, iis ob contumaciam neglectis, a lapſu temporis ei deſtinato computare. His non obſtat, quod eſt apud BERLICHIVM *d. l. no.* 47. et in foro etiam receptum, probantem vel reprobantem non poſſe directorium elapſo fatali mutare, vnde videri poſſet, eos per ipſam in directorio factam denominationem communes fieri. At aliud eſt, teſtem nouum poſt fatale nominare loco prioris, vel articulis, ſuper quibus antea audiendi erant, alios ſubſtituere, et ſic directorium mutare, aliud, teſtibus nondum realiter productis renunciare, quod omnino licere, ex illa lege vi contrariorum colligendum eſt. Profecto, cui liberum erat, totam probationem vel reprobationem et omnem teſtium denominationem omittere, ei ſine dubio etiam licebit, denominatos, nondum productos, reuocare.

Hic vero haud leuis ſe offert quaeſtio, quando, qui petit, exceptiones aduerſus eius, vnde petitur, teſtes opponat, quod ſit aut ab initio in termino productionis, vel ante eum, aut denique in poſitionibus, quibus de probatione peracta vel non peracta controuertitur, *im Hauptverfahren*, vtrum igitur et tunc idem actor eorundem teſtium reprobatorialium ſibi fauorabiles reſponſiones ad probationem propriam accommodare poſſit? Res eſt fere inextricabilis, ſi cogitemus, poſſe hic actori fere idem occini, quod antea adverſus reum proferebamus, ſcilicet, neque actorem poſſe teſti cuidam probabilitatem pro ſe adſcribere, cuius fidem pro aduerſario omni modo labefactare conatur, cum idem teſtis non poſſit ſimul eſſe fide dignus et non dignus. At vincit propoſitio affirmatiua negatiuam, et ſuperior euadit ſupra poſita regula: reprobantem, qui fidem teſtium ſuorum elegit, iisdem fidem habere etiam debere, quando aduerſus ſe reſpondeant, quemadmodum vix e contrario dubium eſſe poſſit, v. c. actione mutui cum pacto de vſuris in litem deducta, reum haud aliter quam ſine vſuris condemnatum iri, ſi actoris teſtes mutuum quidem affirmant, ſed pactum adiectum negent. Interea ex hoc cauſarum patroni



caute-

cautelam diſcant, ne teſtium aduerſantium fidem vltra modum concutiant et deprimant.

Perueniamus ad *documenta* ſeu inſtrumenta, quae, a reprobante adhibita, actor ex duplici cauſa ad probationem ſibi impoſitam accommodare poterit. Primo ob regulam iuris: Qui aliquod documentum pro ſe alleget, eum idem etiam aduerſus ſe non poſſe non agnoſcere, deinde vero ob eandem, quam ſupra de teſtibus aſſeruimus, etiam inſtrumentorum cum actore intercedentem communionem. Allegata regula nata videtur ex eo, quod PAVLVS *l.* 39. *de oper. libert.* et *l.* 16. *D. de adminiſtr. tut.* dicit, neminem poſſe receptam a ſe obligationem aut contractum pro parte agnoſcere, pro parte autem reprobare, ac forte etiam ex Imperatorum DIOCLETIANI et MAXIMIANI ſententia, *l.* 9. *C. de liberali cauſa*, in libertatis fauorem pronunciata: ſi quis in iisdem precibus ad principem datis aliquem ex ancilla natum dixerit, atque in iisdem eum nomine, quo liberi compellantur, appellauerit, eum pro ſeruo non eſſe habendum. Ex his igitur ICti haud improbabiliter hanc vniuerſam regulam effinxerunt: qui inſtrumentum aliquod producat, eum cenſeri omnia in eo contenta pro veris habere, atque tantam iis fidem in fauorem aduerſae partis, quantam in fidem producentis, tribuere, BERLICH. *P. I. concl.* 43. *no.* 20. *ſq.* COLER *de proc. exec. P. III. c.* 8. *no.* 62. MOLLER. *Semeſtr. L. I. c.* 22. CARPZ. *P. I. c.* 17. *def.* 7. HORN *Cl. I. reſp.* 23. *no.* 6. *multique alii.* Hinc nata aduocatorum cautela, proteſtari, ſe documento vti velle ſolummodo, quatenus proſit clienti ſuo, non quatenus obſit; quae an vim habeat, diſcrepant BERLICHIVS et CARPZOVIVS *locis adductis.* Huic affirmanti aſſentitur MENCKEN. *Proc. diſp.* 14. *ſ.* 3. nos BERLICHIO neganti cum I. H. BOEHMERO *de colliſione documentorum c.* 3. *ſ.* 8. Melior eſt cautela reprobantis, documentum nonniſi pro parte ſibi vtili inducere, quod inprimis hodie liberum eſt, *O. P. R. S. ad Tit. XXIV. ſ.* 2. Quodſi igitur reprobans hanc cautelam adhibuerit, actor nullam ex reprobatorialibus inſtrumentis opem habebit, ſin minus, contrarium ſibi ipſi imputet.

At

At quamuis non adhibita, nihilominus ſemper praeſupponendum, eiusmodi documenta reprobatorialia eſſe *communia* facta actori, ſcilicet non eo ſenſu, quo circa obligationem ad edendum quaeritur, documenta communiane ſint, an minus, verum ea ſignificatione, qua in ſuperioribus teſtes quoque productos communes fieri diximus. Sic igitur probaturum nihil iuuat, eſſe quoddam ſibi proficui in reprobantis documentis, niſi haec communia vtrique facta ſint. Quodſi vero, quando iſta communio et qua in parte litigii incipiat, quaerimus, diſcrimen faciendum inter ea, quae ipſe probans vel reprobans poſſidet, et quorum adeo copias articulis addere obligatus eſt, et reliqua, quorum editionem vel ab aduerſario vel a tertio petit. Et illa quidem per hanc ipſam inductionem et copiarum adiectionem, aut, ſi mauis, per earum a iudice factam aduerſae parti transmiſſionem contrahitur. Nam quicquid in iure praecipitur, ita praeceptum eſſe intelligitur, vt effectum habeat, qui hic in eo poſitus eſt, vt aduerſarius ſciat, his documentis aduerſus ſe vſum iri. De hac igitur re nulla dubitatio ſupereſſe poteſt, ſi legas ſanctionem legis iudiciariae Saxonicae ex repetita praelectione ad tit. XXIV. §. 2. qua, poſtquam de memoratis copiis vel per integrum vel pro parte addendis dictum, additur: *wenn ſolches einmal geſchehen, ſoll ihm, ſelbige wider des andern theils willen zu wiederrufen oder fallen zu laſſen, nicht frey ſtehen*, quod idem eſt, ac ſi legislator dixiſſet: eiusmodi documenta ab hoc tempore vtrique parti communia ſunto. Eodem modo GRIEBNERVS hunc locum interpretari videtur, etſi verbis ceteroquin valde obſcuris et repugnantibus. Neque iſta ſanctio quemquam mirari debet. Habes enim per eam, quam diximus, transmiſſionem copiarum, a iudice aduerſae parti factam, et ab hac receptam, ſi nil contra dicatur, praeſumtum illum conſenſum, quem in omni eiusmodi communione deſiderari ſaepe commemorauimus.

Quod vero ad ea documenta attinet, quorum copiae, cum originalia ab ipſo inducente haud poſſideantur, inducuntur, eorum communio nobis effici videtur per productionem iuncta recognitione, qua poſteriori omnino opus eſt, et ſic F. A. HOMMELIVS, qui loco ſupra allegato productionem tantummodo nominat, intelligendus videtur.



Nam-

Namque, vti ſupra vidimus, ſolam teſtium productionem non ſufficere, ſed praeſentiam et conſenſum aduerſae partis in iuramentum teſtimoniale aduerſus ſe praeſtandum deſiderari, ſic neque ſatis eſſe arbitramur, inſtrumenta, id quod plerumque fit, abſente altera parte et in termino nondum comparente clanculum produci, ſed ad communionem inducendam inſuper neceſſarium putamus, vt aduerſarius documenta, quorum nullae adhuc cum ipſo copiae communicatae ſunt, nunc primum αὐτόγραφα videat, atque intueatur, certus et declarans, eſſe ipſa eiusmodi, qualia producens antea inducendo nominauerat, hoc eſt recognoſcens.

De reliquo fere eadem, qua ſupra in cauſa teſtium, difficultate, ad ſingula inſtrumenta pertinente, premimur, eaque duplici. Etenim fac, productum vel reproductum recognitionem detrectare, aut quoniam exceptiones opponendo vim probandi deeſſe dicat, non oblata tamen iurata diffeſſione, aut quoniam publica ſint, nec recognitione indigeant? Sed ſalua res eſt. Nam documentum pro publico declarare, quia vi probandi contra declarantem haud deſtituatur, hoc loco eandem poteſtatem habere debet, quam recognitio ipſa. Quoad reliqua vero priuata, eorum recognitio, nunc iniuſte denegata, mox per ſententiam facta fuiſſe fingetur, id eſt, pro recognitis habebuntur; quod ad terminum productionis, quo recognoſci debebant, retrahendum.

Medium probandi, quod *iuramenti delatione* continetur, ſine dubio ſola acceptatione, vel relatione commune fit, quippe cuius delationis, vſque dum vnum ex hoc fiat, libera eſt reuocatio, *O. P. S. t. XVIII. §.* 2. et *t. XIX. §.* 1. F. A. HOMMEL *l. c. p.* 122. Et quis neſcit vniuerſam ICtorum opinionem, vbique receptam, aliquam tranſactionem intercedere inter eum, qui iusiurandum deferat, et illum, cui deferatur, *l.* 2. *D. de iureiur.* KNORR *Anleit. z. Proc. c.* 12. *§.* 9. F. A. HOMMEL *l. c. §.* 69. ESTOR *Gem. u. R. Proc. §.* 461. SEYFERT *teutſch. R. Proc. c.* 15. *§.* 3. MENCK. *ad proc. ad t.* 18. *§.* 5. I. A. HOFFMANN *in d. teutſch. R. Prax. c.* 23. *§.* 645. Quoad exonerationem conſcientiae, quippe

quippe cui, donec articuli offerantur, ſemper renunciari poteſt, praecluſo tamen regreſſu ad iurandum, *O. P. R. ad t. XIX. §. 1.* idem obſeruandum videtur, quod in ſuperioribus de teſtibus et inſtrumentis diximus. Quis vero etiam dubitet eiusmodi reprobandi ſubſidium iure meritoque commune vocare, per quod inter vtrumque conuenerit, aliquam reprobationis partem deciſum iri?

De *inſpectione oculari*, nec non *peritorum taxatione et calculatorum rationibus* haud multa attinet dicere, quas ſingulas in vtriusque litigatoris ſocietatem tum peruenire cenſemus, non, quando petuntur, ſed quando fiunt, ac ſuſcipiuntur, altera parte praeſente, vel abſente, modo adcitata. Eo ipſo enim vterque vel diſerte vel non contradicendo in eo conſpirat, vt earum aliqua vis ſit in futura definitiua. His igitur, quae hactenus dicta ſunt, ſimul ſumtis efficitur, ſi probans actor vel aliquem teſtem vel documentum, a reo quidem inductum, ſed tempeſtiue reuocatum, vel eiusmodi medium reprobandi in probationis auxilium vocare velit, cuius non ſit aliqua communio inter partes, eum minime audiendum eſſe.

## Secvnda Regvla:

*Actor per reprobationem vt plurimum non probat niſi in ſupplementum.*

Hoc tum ex iis, quae hactenus in vniuerſum dicta ſunt, tum ex eo, quod ſtatim ab initio de anguſta et ſtricta termini probatorii natura diximus, colligi poſſe putamus. Satis, vt ſupra vidimus, a iuris praeceptis aberratur, ſi actori permittas, inſtituta quidem intra praeſcriptos fines probatione, ſed non perfecta, ad reprobationem confugere, et quod in hac forte fortuna pro actore militare inuenitur, illuc transferre, atque cum iis, quae in probatione haud plene demonſtrata ſunt, coniungere, vt ex vtroque vna vel plena, vel minus plena conficiatur. Num igitur adhuc audeamus ſtatuere, etiam tum, quando actoris probatio vacua eſt omni demonſtratione, ſi neque teſtes eius nec documenta

ta quicquam proficui pro ipſo habent, ei licere, omnem ſuam probationem ac totam ſolum et vnice per reprobationem abſoluere? Quomodo hoc cum fauore rei in omni lite, quem iura tam alte clamitant, conferri poſſit, ego profecto ignoro. Ipſi actori iniuncta erat probatio, non reo, ac aliud eſt, eam ſupplere, aliud, eam a reo ipſo ac ſolo actoris loco ſuſcipere; aliud iniunctae probationi non ſatisfacere, aliud nihil omnino probare; quod poſterius quando fit, inter omnes conſtat, reum nullo modo condemnari poſſe, SEYFERT *l. c. c.* 20. *ſ.* 13. MYNSING. *cent.* 6. *obſ.* 76. Supponamus, Caium actionem confeſſoriam de ſeruitute paſcendi inſtituiſſe aduerſus Sempronium; nominat duos teſtes, qui ſciant, ſe per tempus praeſcriptum in ea poſſeſſione fuiſſe; at hi interrogati negant vllam ſcientiam, atque ſe nunquam aliquid vidiſſe vel audiuiſſe de iſto paſtu dicunt, nullo etiam alio medio probandi adhibito. At vero reus Sempronius fundum ſuum nunquam hoc onere grauatum fuiſſe reprobare tentans, producit teſtes, qui loco expectatae pro reo depoſitionis omnia alia dicunt, atque ſe praeſcripto tempore vidiſſe Caii boues in Sempronii agro paſci contendunt. Num propterea Caium id, quod ipſi, non Sempronio, probare iniunctum erat, probaſſe dixeris? Dubito, an haec teſtium reprobatorialium depoſitio ipſi plus commodi, quam expenſarum compenſationem ſit allatura. Attamen vna ſpecies adeſſe videtur, qua forte nihil omnino probans actor, etiam per ſolam reprobationem victoriam litis reportare poſſet, nempe in iuramenti delatione. Cum enim aliquando, quamuis contra regulas ac contra formam litis, geri poſſit, vt reus actori ſuper articulis reprobatorialibus actioni et probationi e diametro contrariis iusiurandum deferat, ille vero acceptet, et adeo per hoc ipſum iuramentum mox praeſtitum actionis contenta confirmet, ſi v. g. Meuius Titium de fundo ſibi vendito petat, ac illo nihil probante, hic in reprobatione: fundum non eſſe venditum, iusiurandum deferat, ille vero acceptet, et contrarium iuret, tunc non dubitamus, reum ob vim tranſactionis iuramenti delationi et acceptationi inhaerentis condemnandum eſſe; quod tamen nonniſi eius et aduocati malo conſilio tribuendum.

## Tertia Regula:

*In dubio magis contra probationem ex reprobatione ſupplendam, quam pro ea pronunciandum.*

Eſt enim, vt iterum ad prius dicta prouocare liceat, illud ex reprobatione ſupplementum quicquam ſingulare, quod a iuris ordine abhorret. Ea autem, quae per modum exceptionis a regula declinant, magis reſtringenda ſunt, quam extendenda, nec ad exemplum trahenda, *l.* 27. *C. de teſtam.* F. A. HOMMEL *l. c. ſ.* 19. *p.* 23. *et ſ.* 137. *p.* 223. C. F. HOMMEL *Rhapſ. obſ.* 339.

## Quarta Regula:

*Actor non probat per reprobationem, ſi probationem deſeruerit.*

De hoc forte a nemine ambigetur. Quodſi enim certum eſt, actore non probante reum abſoluendum eſſe, *l.* 4. *C. de edendo,* ſi porro aeque indubitatum eſt, probationis terminum ſine vlla haeſitatione ruere, et ita continuo labi, vt in ipſo eius exeuntis momento actor ipſo iure probatione deſtituatur, ita vt nec contumaciam eius accuſare opus ſit, verum cum exitu fatalis omnem probationis iacturam neceſſario nexu eſſe coniunctam, quis adeo vecors ſit, actori nouae probationis perfugium ad eius vnde petitur reprobationem permittere? Aut potius quis reus tam ſtupidus, vt adhuc tum reprobationem ſuſcipiat? Niſi forte probationis intempeſtiua exhibitio peracta demum reprobatione ſentiatur. Sequatur denique

## Quinta Regula:

*Actor non probat per reprobationem, ſi probationi renunciauerit.*

Quam nominaſſe ſufficiet, ad omnium aſſenſum conſequendum; qui tamdiu permanebit, quamdiu leges haec

duo habent: Cuilibet renunciare licet iuri ſuo, *c.* 23. *X. de regular.* atque: Renuncians ſemel iuri ſuo vel beneficio, redire ad illud nequit, *c.* 16. *X. de elect. et elect. pot.* Qui igitur probationi ipſi impoſitae renunciat, non ſolum a probatione ſimpliciter, verum etiam ab omni probandi ſubſidio ſe abdicare videtur.

Adno-

## Adnotatio XI.

*Legis Elect. Sax. d. 20. Dec. 1766. aduerſus debitores obaeratos latae §. 17. nonniſi de pactis remiſſoriis, iudicialiter factis, intelligendam eſſe.*

In hac legis allegatae paragrapho, ad quam pauca commentari conſtituimus, praeter ea, quae de edictali citatione ſanciuntur, inprimis agitur *de pacto remiſſorio.* Sunt vero duo genera eiuscemodi pacti, vnum iudiciale, quod coram iudice eoque adiuuante tentatur, atque nullo deſideratorum requiſitorum deficiente eius auctoritate perficitur; alterum extraiudiciale, quod iterum bifariam diſpeſci poteſt, ita vt vtrumque priuatim ſuſcipiatur nec concurrente iudice, ſed alterum ante ceſſionem bonorum ſiue concurſum, alterum moto iam concurſu aut ceſſione bonorum facta. Dum itaque legislator dicta §. 17. modum praeſcribit, ſecundum quem creditores diſſentientes ad accedendum pacto plurium compelli poſſint, dum omnia requiſita, quae ad eiusmodi remiſſionem inuoluntariam concurrere debeant, enarrat, dum denique eius rei ſequelas allegat, principalis exoritur quaeſtio: *vtrum* haec omnia *de pacto* et iudiciali et extraiudiciali, an vero de illo ſolum intelligenda ſint?

Iam vero, quamuis generalia legis tam noſtrae quam eius, quae (*Leipziger handelsgerichts-ordnung* de anno 1682. tit. 25.) formam in iudicio mercantili Lipſienſi praeſcribit, verba: *weil es zu mehrerenmalen geſchiehet, daß bey ereigneten Fallimenten etc.* etiam generalem ſanctionem indicare videantur, tamen non ſine cauſa arbitrari videmur, totum illum legis noſtrae locum, pactum non priuatim cum ſingulis creditoribus ſeorſim, ſed publice cum pluribus coniunctim, intercedente iudice, initum ſupponere. Hoc ipſum ius ciuile docet. Conſtat enim, hanc rem non eſſe nouum iuris hodierni commentum, ſed ex iure Romano, Diuique Marci reſcripto profectam, *l.* 7. *§.* 17. 19. *l.* 8. *l.* 10. *pr. D. de pact.* nonniſi recentioribus legibus amplificatam et iure Sax. Elect. primo quidem per ſupra

 dictam

dictam legem iudiciariam mercantilem in vtilitatem mercatorum Lipſienſium praeſcriptam, mox vero per mandatum aduerſus decoctores d. 7. Ian. 1724. promulgatum ad omnes debitores porrectam, denique in noſtra lege vberius declaratam eſſe. Dicit ergo VLPIANVS *d. l. 7. §. 19. et d. l. 10. D. Hodiè ita eiusmodi pactio creditoribus obeſt, ſi* conuenerint in vnum *et* communi conſenſu *declarauerint, quota parte debiti contenti ſint; ſin vero diſſentiant, tunc praetoris partes neceſſariae ſunt, qui decreto ſuo ſequitur maioris partis voluntatem. — Reſcriptum D. Marci ſic loquitur, quaſi omnes creditores* conuenire *debeant.* Ex his apparet, ſi quis debitor iure ciuili priuatim velit cum creditoribus pactum remiſſorium inire, omnes ac ſingulos, nemine deficiente, in vnam eandemque ſummam conſentire debere, ac eatenus rem extra iudicium tractari poſſe. Quod ſi vero non omnes ſed plerique tantum conſentiant, pactum hoc priuatim confici non potuiſſe, verum rem olim deferendam fuiſſe ad praetorem, qui diſſentientes ad accedendum compelleret: vnde quis eſt, qui non ſua ſponte colligat, iudicis Romani haud fuiſſe, decretum circa eiusmodi pactum interponere, niſi idem coram ſe eſſet propoſitum? quippe qui ſcire et compertum habere debebat, creditorum pleroſque circa remittendam debiti aliquam partem conſentire, et in vnum conuenire; ad quam rem opus erat declaratione facienda. Idem igitur et hodie extra Saxoniam obtinebit, nempe, vt creditores coram iudice conueniant in vnum, et quidem, vt MEVIVS *in leuam. debit. c.* 3. *no.* 108. *ſq.* ait, praeuia citatione, ac qui ipſi aliquam partem debiti remittere velint, ii in aliquam ſummam conſentiant, et quando maiorem numerum efficiunt, rogent iudicem, vt diſſentientes ſimiliter ad adſtipulandum auctoritate ſua adigat. Eiusdem ſententiae eſt TITIO *Iure priu. L. X. c.* 8. *§.* 17. *cf.* CARPZ. *P. II. c.* 22. *def.* 27. 28. nec non STRYCKIVS *Vſ. mod. Lib. II. t.* 14. *§.* 11. *et ad* BRVNNEMANNVM *de conc. cred. cap.* 1. *p.* 5. *ſq.* item BRVCKMANNVS *Vol.* 2. *Conſil.* 17. *no.* 105. et ſummus I. H. BOEHMERVS, qui poſterior in *diſſ. de pacto remiſſorio moto concurſu §.* 12. ſcribit: *quemadmodum tranſactio cum creditoribus ſeorſim et ſigillatim inita non obeſt ceteris creditoribus, ita nec extraiudicialiter tractata.* Addit rationem: quia

neceſſe

neceſſe ſit, vt creditores collectiue in vnum conueniant, ac ſimul deliberent, num iactus in hoc imminente naufragio faciendus ſit, et num tanta eius adſit neceſſitas, vt periculum aliter declinari vel ſuperari nequeat, denique vt ſuſpicio fraudis tollatur; vnde eiusmodi pactum non tam debitori, quam creditoribus proficuum dicitur, MÜLLER *ad Struv. S. I. C. ex. VI. §.* 50. Simili modo quando inter debitorem et creditores de eo agitur, vtrum illius bonorum ceſſio accipienda, an vero ipſi induciae quinquennales concedendae ſint, non minus conuocationem & coadunationem creditorum requiri, auctor eſt IVSTINIANVS *in l.* 8. *C. qui bon. cedere poſſ.* Haec omnia egregie illuſtrantur ſequenti Reſponſo ab Ordine noſtro, m. Ian. anni 1750 Iauoleno dato.

*Ob wohl einigen zweifel nicht unterworfen, daſs derer ſchuldner vermögen zu bezahlung aller gläubiger nicht zureiche, und die debitores bereits Ao.* 1722 *zu accordiren angefangen, welchen accord Javolenus reaſſumiret, und mit denen creditoribus insgeſamt auſſer Paulo zu ſtande gebracht haben will, mithin, da nicht die debitores durch ſolchen accord ſich zu bereichern ſuchen, ſondern Javolenus als ein tertius und intereſſirter gläubiger, zu ſeinem und der übrigen creditoren beſten, einen höchſt intricirten und beſchwerlichen concurs auf dieſe weiſe zu heben, und zu ende zu bringen bemühet iſt, der mangel dererjenigen requiſitorum, welche das allergnädigſte mandat wider die banqueroutirer nach anleitung der Leipziger handels-gerichts-ordnung vorſchreibet, ihme nicht zuwider, ſondern disfalls die gemeinen rechte zu attendiren, nach deren masgebung der ſchwächere theil derer creditorum dem von dem ſtärkern beliebten accord beyzutreten pflichtig, wenn ſich,* quod omnes reliqui creditores conuenerint in vnum, et communi conſenſu declarauerint, quota parte debiti contenti ſint, *veroffenbaret, derowegen, da die übrigen creditores von Javoleno* 30 *pro cent angenommen, daſs Paulus ſich damit ebenfalls begnügen müſſe, es das anſehen gewinnet;*

*Dennoch aber, und dieweil in facto nicht angeführet wird, daſs Javolenus alle ſeine mitgläubiger zuſammen kom-*

*kommen laſſen, und ſich dergeſtalt mit dem gröſten theile derſelben vereiniget, ſondern, wie ſich aus denen angeführten umſtänden abnehmen läſſet, mit jedem creditore a part gehandelt, auch iura ceſſa von ihm angenommen, bey welcher bewandniſs kein* pactum commune, *ſondern ſoviel beſondere pacta, als creditores, mit welchen Javolenus einig worden, vorhanden, und wenn auch einer wie der andere* 20 *pro cent von Javoleno acceptiret, gleichwohl dieſes nicht* communi conſenſu *noch* publice *declariret worden, wobey, ob alles* bona fide *zugegangen, oder ob nicht einer mehr als der andere erhalten, in ungewiſsheit beruhet, mithin dasjenige, was ſonſt die gemeinen rechte vom pacto remiſſorio maioris partis creditorum verordnen, Javolenus ſich nicht zu nutze machen mag:*

*So iſt Paulus wider willen zu accordiren, und* 20 *pro cent anzunehmen, nicht ſchuldig.*

Ea, quae ex iure ciuili deduximus, certa etiam ac indubitata ſunt iure inprimis Electorali Saxonico, nempe: nullum pactum plurium aduerſus diſſentientes obligatorium eſſe, niſi iudicialiter fiat. Teſtimonium denunciamus ipſis legibus, circa hanc rem latis. Sic iam allegata *Ordinatio mercantilis tit.* 15. diſerte dicit: *der ſchuldner ſoll, wenn er auf ſolche maſe mit ſeinen gläubigern accordiren will, dieſelben allerſeits vor das handelsgerichte berufen laſſen.* Poſt hanc citationem quid faciendum ſit, eadem lex late deſcribit, ſcilicet, debitorem iurato ac admonente clerico tam conſignationem bonorum ſuorum edere, quam creditorum nomina agnoſcere debere, de cetero autem ſuper eius imparitate ſoluendi cognoſcendum eſſe, qui omnes ſunt actus iudiciales. Id magis adhuc patet ex celeberrimo illo Reſcripto, diu ante legem noſtram, d. 28. Mai. 1725. ſenatui Lipſienſi dato, quod exhibet I. G. BAVER *diſſ. de pacto remiſſorio ante concurſum formalem §.* 6. et I. TOB. RICHTER in libello *vom Accordsproceſs c. IV. §.* 8. ex quo reſcripto effecerunt aliquod peculiare genus proceſſus vel *ein creditweſen* vel nomine non ſatis congruo *der accordsproceſs* appellatum, de quo modo nominatus RICHTERVS laudatum ſingularem libellum ſcripſit. In hoc

hoc itaque reſcripto ſatis ample diſputatum reperimus, quid faciendum ſit ipſi iudicio mercatorio ad perficiendum, quod debitor intendit, pactum remiſſorium, ſcilicet duplicem citationem, alteram ſimplicem, alteram ſub comminatione praeſumendi alias conſenſus, poſt quae demum, et reliquorum actuum iudicialium priori lege praeſcriptorum abſolutionem, ſententia aduerſus diſſentientes profertur.

At vero quamuis iſta huius peculiaris proceſſus ab ipſa ceſſione bonorum nec non a concurſu creditorum ſeparatio non diu manſerit, quippe his omnibus per legem noſtram quoad modum procedendi conflatis et in vnum tempus contractis, ita, vt hodie nulla amplius quoad pactum remiſſorium ſeparata litis formula exiſtat, tamen res ipſa iudiciali negotio non exemta eſt, nec tranſactio creditorum cum debitore priuata approbata. Potius ex hac tota lege eiusque nexu patet, pactum remiſſorium, quatenus minorem creditorum partem inuitam ad accedendum obligat, nonniſi ſequelam eſſe ceſſionis bonorum, rite peractae, cuius cum inter alia requiſitum neceſſarium ſit, vt in iudicio fiat, quis dubitet, etiam illud ad formulam iudicii eſſe adſtrictum, ac male profecto fecerit, qui duo haec beneficia, nempe ceſſionem bonorum ac pactum remiſſorium arctiſſime copulata, ſeiungere velit.

Quid? quod ipſa lex noſtra pactum remiſſorium extra iudicium fieri omnino vetet atque prohibeat, verbis: *der ſchuldner ſoll — — wenn er mit ſeinen gläubigern accordiren will, ſolches anders nicht, als mit vorwiſſen des richters und der beſtellten curatorum maſſae bewerkſtelligen können.* Quo ipſo omnis extraiudicialis tranſactio excluſa videtur, ſiue ea fiat ante ceſſionem bonorum, aut potius ita, vt hac amplius non opus ſit, ſiue, pendente ea vel concurſu creditorum, iudici celetur.

At, dum haec ſcribimus, ſimul errori obuiam eundum videtur, in quem quis facile incidere poſſit. Etenim caue exiſtimes omnem extraiudicialem creditorum cum debitore tranſactionem, ac horum remiſſionem vetitam eſſe. Potius per hanc legem ſingularem atque exorbitantem non ipſa natura pactorum ſublata eſt, quae hodie in vniuerſum, niſi in

exem-

exemtis per exceptionem, obligationem pariunt, neque putandum, ſi vnus vel alter creditorum cum debitore de remittenda debiti ſui parte extraiudicialiter paciſcatur, id plane incaſſum fieri et quouis tempore reuocari poſſe, ſed ipſi paciſcentes tenentur, MEVIVS *l. c. no.* 153. ac, quae diximus, ita tantum intelligenda ſunt, vt diſſentientes cogi nequeant ad conſentiendum pacto extraiudiciali, quamuis et creditores humaniores ac miſericordes in vna eademque parte debiti remittenda conueniant, et numerus eorum, ratione ſcilicet quantitatis nominum habita, acerbos ſuperet. Quod adeo verum, vt nec orto concurſu et coram iudicio competente ventilato, ii, qui edictaliter citati non comparuerunt, ſed ab hoc iudicio excludi ſe paſſi ſunt, ad acceptandum pactum cum comparentibus initum, adigi poſſint, vt iudicarunt Scabini Lipſienſes a. 1751, confirmante ſummo iudicio Electorali, coram quo prouocatione certatur, referente b. BAVERO *diſſ. cit.* §. 14. cf. IVST. HEN. BOEHMER *diſſ. cit.* §. *XIV. ad n.* 1. Itaque extraiudicialiter paciſcentes etſi illud ſolenne pactum plurium non ineunt, nihilominus tamen paciſcuntur, et ſinguli quidem, vnde eorum pactum valebit vt pactum ſingulorum cum debitore de non petendo certam nominis partem, id quod omnem reuocationem excludit, quia ad nullam rem, cui ſemel renunciatum ſit, regredi licet, *cap.* 16. *X. de elect.* Optime hanc rem exponit MEVIVS *de leuamin. debit. c.* 3. *no.* 82. dum dicit: *Super remiſſione creditorum debitori facienda tractatur vel ſeparatim, vel ab omnibus coniunctim. Singuli quae faciant extra conuentum ſingulos obligant, nec aliis, quam conſentientibus praeiudicant — at in conuentu cum conuocatis creditoribus agitur de ſubleuando debitore, ubi aliquorum conſenſus ceteris praeiudicat et neceſſitatem aſſentiendi imponit.*

Satis igitur effectum videtur, §. 17. legis noſtrae ad remiſſionem extraiudicialem omnino non pertinere; ex quo colligitur, omnia, quae ibidem circa hoc pactum remiſſorium ſanciuntur, etiam ſolummodo ad ea huiusmodi pacta, quae iudicis auctoritate fiunt, non in illis, quae priuatim ineuntur, applicari poſſe.

Inter

Inter cetera ſe hic offert illa paragraphi noſtrae particula, qua permittitur creditoribus, ſi debitor aliquando ad meliorem fortunam ſit perventurus, non obſtante pacto, partem remiſſam, absque tamen vſuris, adhuc petere. Hoc iure Romano et Germanico, quoniam, quod ſemel placuit, deinde non poteſt iterum diſplicere, *cap.* 21. *de R. I. in* 6. potius omnia pacta hodie ſunt obligatoria, nec donationes, niſi ex certis cauſſis, nedum debiti remiſſio reuocationi obnoxiae ſunt, haec itaque remiſſi debiti noua petitio iure communi aliter locum non inueniebat, niſi ipſa promiſſione vel reſeruatione de reſtituendo reſiduo facta, BAVER *l. c.* §. 17. 18. nec quicquam aliud ſancitum reperitur in ſaepe allegata lege mercantili, neque etiam in primo, de obaeratis debitoribus anno 1725 dato, Mandato Saxonico, verum noſtra demum lex primo hanc clauſulam recens adiecit. Si quis igitur ſit, qui quaerat, num pacto extraiudicialiter inito creditor remittens a debitore ad meliorem fortunam perueniente reſiduum, olim condonatum, petere queat, ei ſecundum ea, quae ſupra protulimus, negando reſpondebimus, imprimis cum etiam iure communi eiusmodi transactio ſemel facta, creditores a futuris debitoris bonis excludat. CLAPROTH *Einleit. in d. ſummar. Proc. ſect. IV.* §. 447. Verum iure Saxonico ſunt, qui aliter ſentiunt, ab eo, quod lex noſtra in pacto iudiciali, praeſcriptis ſolennitatibus munito, permittit, ad ea, quae priuatim fiunt, argumentantes, aut reſtrictam donationum interpretationem obiicientes. At vero absque cauſa, potius dicendum, hanc legis ſanctionem exorbitantem ac ſingulare profecto eſſe, aliquem per pactum liberatorium non liberari, quapropter eam vltra litteras non trahendam, nec id, quod nonniſi in transactione iudiciali praecipitur, ad extraiudicialem quoque producendum; nec egemus in re clara aliqua interpretatione, nec ſemper a donatione ad remiſſionem debiti argumentum duci poteſt. Ceterum haec controuerſia inprimis proximis annis agitata eſt. Cum enim quidam mercatores ſocii C. et H. ante aliquot annos ſe creditoribus ſuis impares ſoluendo declaraſſent, hi tum propria miſericordia, tum debitorum paupertate commoti cum his ita transegerunt, vt alter triginta, alter quinquaginta pro centum contenti eſſent, reliqua debiti parte remiſſa, re tamen ad iudicem non delata, verum omni negotio priuatim peracto

acto. Nunc igitur recens fiebat, vt vnus ex debitoribus mortua matre ad meliorem fortunam ac fere ac diuitias perueniret, quae res effecit, vt creditor H. reſiduum, olim extraiudicialiter remiſſum, peteret, niſus, praeter alias cauſas, inprimis illa legis noſtrae diſpoſitione. Idem tentabat creditor B. aduerſus eundem debitorem C. Scabini Lipſienſes non deeſſe fundamentum agendi putabant, adeoque condemnabant reum ex ſequentibus rationibus:

*Obwohl beklagter, daſs die anwendung desjenigen, was das mandat wider die banqueroutirer §. 17 verordnet, in gegenwärtigem falle ſtatt finde, um deswillen zu bezweifeln ſuchet, weil der accord, wovon die frage iſt, auſsergerichtlich getroffen worden, daneben derſelbe auf die in der quittung ſol. — enthaltene losſagung von allen anſprüchen ſich berufet; D. a. d. beklagter, daſs er und I. C. L. H. mit welchem er unter der raggion, H. u. Compagnie in Leipzig gehandelt hat, der firma T. V. u. A. H. in Harlem* 1200. *gulden* 7½ *ſtbr. holländiſch courant ſchuldig worden, ferner, daſs er neben ſeinem handelsconſorten, als im* 1771*ſten jahre ein concurs zu ihrem vermögen bevorgeſtanden, in einem umlaufe, welchem ſie, wie an andere ihrer gläubiger, alſo auch an erwähnte firma in Harlem, überſendet, ihr damaliges unvermögen, ihre gläubiger, völlig zu befriedigen, ausdrüklich zu erkennen gegeben, und dabey gebeten, daſs man ſich mit ihnen auf dreyſsig für hundert vergleichen möchte, weiter, daſs hierauf die handlungsfirma V. und A. H. dieſen vergleich angenommen, auch das accordsquantum erhalten habe, im* 4. 5. 7. 8 *und* 10*ten punkte der einlaſſung eingeräumet, — auch wegen der abgeleugneten punkte, nachdem beklagter, durch ſeiner mutter im jahr* 1782 *erfolgtes ableben, vermögen erlanget zu haben, im* 19*ten punkte der einlaſſung zugegeben hat, es des erkänntniſſes auf beſcheinigung und gegenbeſcheinigung nicht bedarf, immaſsen das wider die banqueroutirer unterm* 20*ſten December* 1766 *ergangene mandat* §. 17 *deutlich genug verordnet, daſs keine verträge, wodurch die gläubiger ihren in abfall der Nahrung gerathenen ſchuldnern, einen gewiſſen theil ihrer forderungen erlaſſen, die gläubiger binden ſollen, wenn dabey nicht die daſelbſt vorgeſchriebenen erforderniſſe beobachtet worden, dem accord hin-*

*hingegen, welchen beklagter und ſeine handlungsgeſellſchafter mit ihren gläubigern getroffen, es nach dem eingeſtändniſſe fol. — an dieſen erforderniſſen überall fehlet, mithin beklagtens verbindlichkeit nach deſſen gelangung zu beſſern vermögen ſeine gläubiger völlig zu befriedigen um ſo weniger bezweifelt werden mag, je gewiſſer ſelbſt derjenige gemeinſchuldner, welcher, unter genauer beobachtung der im* 17 *§. des angezogenen mandats gegebenen vorſchrift, die zufriedenheit ſeiner gläubiger mit einer geringern ſumme ſich verſchaffet, daferne er nach getroffenem und erfüllten accord zu beſſern vermögen gelanget, den ihm erlaſſenen theil der ſchuldforderungen, ohne dawider mit der vormaligen bewilligung des erlaſſes ſich ſchützen zu können, nachzuzahlen ſchuldig ſeyn ſoll, wie denn auch beklagter, daſs durch die fol. — befindliche quittung auf die nachzahlung verzicht geleiſtet worden ſey, vergebens zu behaupten ſuchet, indem darinnen blos wegen der umſtehend verglichenen poſt, folglich wegen der gezahlten vergleichsſumme der* 363 *gulden als von welcher poſt allein und ſonſt von keiner andern, in den umſtehenden quittungen die rede iſt, allen anſprüchen entſaget wird, überdies bekanntlich ein jeder von mehrern geſellſchaftern in abſicht auf geſellſchaftliche verbindlichkeiten, nicht blos für ſeinen antheil, ſondern für das ganze zu haften verbunden, und keinen derſelben mit der ausflucht der theilung ſich zu behelfen verſtattet iſt.* Simili ſorte idem reus in altero quoque litigio vſus eſt. At interpoſita appellatione, poſtquam res ad ſupremam Curiam Lipſienſem perlata erat, haec, re ſerio perpenſa, reum abſoluendum duxit his vſa rationibus: *Dieweil appellatens principal in ſeiner klage, daſs er wegen der hier geklagten handelsſchuld von* 1200 *gulden* $7\frac{1}{2}$ *ſt. holländiſch courant auf* 30 *von hundert mit appellantens conſtituenten ſich verglichen und die vergleichsſumme an* 363 *gulden* $13\frac{1}{2}$ *ſt. wirklich erhalten ſelbſt angeführet; die zu hinterziehung dieſes vergleichs aber von erſtern dabey zum grunde gelegten urſachen keineswegs für hinlänglich zu achten, maſsen dieſelben, daſs die von appellantens principalen vorgeſchützte inſolvenz damals wirklich gegründet geweſen, eigentlich nicht bezweifelt, und die verſchweigung einer künftig zu hoffen habenden erbſchaft als ei-*



nes

*nes noch ungewiſſen und mancherley veränderungen unterworfenen glücksfalles, für eine von appellantens conſtituenten bey ſchlieſsung gedachten vergleiches begangene gefährde nicht anzuſehen, auch das vorgeben einer dadurch erlittenen verkürzung unter der hälfte appellatens machtgeber dawider um ſo weniger zu ſtatten kommen mag, da der getroffene accord als ein pactum remiſſorium zugleich die eigenſchaft einer ſchenkung an ſich hat, hiernächſt dasjenige, was in §. 17. des gnädigſten banqueroutier mandats vom jahr 1766 wegen derer zu einem gültigen accorde eines in abfall des vermögens gerathenen ſchuldners mit ſeinen gläubigern nöthigen erforderniſſe, und, daſs ein ſchuldner, der mit ſeinen gläubigern auf eine geringere ſumme accordiret, daferne er in der folge zu beſſern vermögens-umſtänden gelanget, den reſt ihrer forderungen ſelbigen noch nachzuzahlen verbunden ſeyn ſolle, verſehen, nur von gerichtlichen vergleichen, und dem hier nicht vorhandenen falle, wenn die wenigern gläubiger zu annehmung eines von denen mehrern eingegangenen accords genöthiget werden können, zu verſtehen, keineswegs aber, bevorab odioſa ſtrictiſſime zu interpretiren, auch auf auſserordentliche, als deren daſelbſt ausdrücklich nicht gedacht, zu erſtrecken,* quam ſententiam ſummus quoque Electoris ſenatus, coram quo prouocatione certatur, confirmauit, cuius etiam rationes addere lubet: *Dieweil im §. 17. des banqueroutier-mandats de an. 1766. die priuat-vergleiche zu vermeidung eines concurſus creditorum keineswegs verboten, ſondern lediglich darinnen, wie der eingang deſſelben in verbindung mit denen nach No. 5. folgenden perioden beweiſet, dieſes feſtgeſtellet worden, daſs, wenn der vergleich nicht gerichtlich geſchiehet, noch die von No. 1 — 5 feſtgeſetzten erforderniſſe concurriren, auf ſolchen fall die übrigen mitgläubiger dem accord beyzutreten nicht ſchuldig ſeyn ſollen, mithin dergleichen auſſergerichtlicher accord allerdings die paciſcenten bindet, und aber appellant denſelben nicht nur ſxt. fol. — ſeinem eigenen geſtändniſs nach, angenommen, ſondern auch die letzte quittung ſub B. fol. — Actor. 1mae Inſt. in vim pacti liberatorii dahin ausgeſtellt, daſs er an die Herren H. et compagnie der umſtehend verglichenen poſt wegen auf*

*keine*

*keine weiſe anſprüche machen wolle, ſich alſo dadurch der nachzahlung begeben, bey dem accorde ſelbſt aber ein dolus nicht behauptet werden mag, da erbſchaften futura contingentia ſind, welche vor dem anfall, nicht zum vermögen noch darauf gerechnet werden können.* Eandem fortunam nacta eſt altera cauſa B. aduerſus eundem C., ſcilicet condemnato primum reo, mox per Curiam abſoluto, ex iisdem fere rationibus: *Dieweil appellaten in der fol. 2. der acten erſter inſtanz erhobenen klage ſelbſt angeführet, was maſsen appellant ſie, daſs ſie ſich mit ihm auf 50 für 100 vergleichen möchten, auſsergerichtlich erſuchet, ſie auch ſolchen vergleich auf deſſen verſicherung, daſs er ein mehreres nicht bezahlen könne, angenommen, und das accords quantum mit 1256 rthlr. 12 gl. von appellanten ausgezahlet erhalten, hieraus aber, daſs appellaten den dermahlen nachgeforderten überreſt bereits vormahls erlaſſen, und, wie die unter den berechnungen ſub B. C. D. und E. fol. — der Acten erſter inſtanz von ihnen ausgeſtellten quittungen beſagen, mit 50 pro cent rabbat zufrieden geweſen, von ſelbſt erhellet; der einmahl zugeſtandene erlaſs einer ſchuld hingegen, daferne ein anderes ausdrücklich nicht bedungen, wenn auch der ſchuldner nachher zu beſſern vermögens umſtänden gelanget, nicht hinterzogen werden mag; dieſem auch der 17. §phus des gnäd. banqueroutier-mandats im gegenwärtigen falle keineswegs entgegen ſtehet, da in ſolchem lediglich von gerichtlich getroffenen accorden, und von der ſelbigen beygelegten wirkung, den wenigern theil der gläubiger dadurch zu binden, gehandelt wird, mithin dieſes von der gemeinen verordnuug der rechte abweichende geſetz auf auſsergerichtliche handlungen, welche unter den contrahenten bey kräften bleiben, nicht zu erſtrecken.*

## Adnotatio XII.

*De famulorum mercenariorum locatione.*

Saepe euenit, vt haereant ſententiarum locatoriarum auctores in eo, quinam claſſe prima inter domeſticos, famuloſue mercenarios, germ. *Liedlöhner*, referendi ſint? Animus igitur eſt, de iſta re hac occaſione quaedam ita diſſerere, vt prius quaſdam obſeruationes praemittamus, deinde vero catalogum alphabeticum eorum apponamus, qui ad hoc privilegium vel iure vel iniuria prouocare ſolent, reſpectu habito moris hodierni, et quoad concurſus tantummodo priuatorum hominum; nam in conturbationibus illuſtrium perſonarum, quicunque in harum officio ſunt, ex primae claſſis privilegio locari mos eſt, v. g. miniſtri, conſiliarii, militibus praepoſiti, profeſſores, praefecti, aliique; v. estor *de conturbatione illuſtr.* §. 31. *ſq.* ioh. andr. hoffmann *teutſch. Reichs-Pr. To.* 2. *cap.* 58. §. 1272. In ipſo catalogo retineamus euitandae obſcuritatis cauſa, ipſa nomina germanica.

I. Huius igitur priuilegii, quo eiusmodi domeſtici praerogatiua aliqua in praelocatione gaudent, grates haud referendae ſunt iuri ciuili, potius nullum ibi huius rei veſtigium reperitur, lvdovici *Conc. Proc.* c. 10 §. 16. verum maioribus noſtris, qui ſpeculo Saxonico *L.* 1. *art.* 22. *von Erbe*, haec dicunt: *Man ſoll zuerſt dem geſinde ihr verdientes lohn, ſo viel ihnen, bis auf den tag da ihr herr verſtorben, zukommt, bezahlen.* Sed quid dico maioribus noſtris? Potius ea res debetur inſipidae Ictorum interpretationi loci modo dicti, quae eſt primum huius doctrinae fundamentum. Etenim in verbo *zuerſt* (loco cuius in editionibus vulgaribus legitur *erſtlich*) videre ſibi viſi ſunt aliquam mercedis domeſticae praerogativam tunc, quando bona domini ſingulis creditoribus non ſufficerent, de qua tamen quovis pignore certare vellem, bonum Repkonium ne cogitaſſe quidem. Potius totus verborum complexus oſtendit, ipſum nonniſi varietatem temporum diſtinguere voluiſſe, qua patrefamilias mortuo vna res poſt aliam fieri debeat; nempe *primo* ac ante omnia, atque adeo ante trigeſimum mercedem dandam eſſe famulitio, *ſecundo, darnach,*

*nach*, poſt trigeſimum, comeſtibilia inter viduam et heredem diuidenda; *denique* heergewettam defuncti proximo agnato extradendam. In his itaque nulla prioritas, niſi temporis cernitur, totuſque articulus de herede hereditatem adeunte atque de affluentibus bonis agit, vt ipſe Gloſſator confitetur. Interim haec interpretum ſententia, cuius auctor ignoratur, quamque ANTONIVS A MARA ſiue EL. SCHNEEGASSIVS *de Conc. cred. L.* II. *t.* 1. *§.* 17. *ſq.* non niſi aliquot locorum conſuetudini tribuit, ita omnes fere terras, leges ac ICtorum libros, admixta aliqua aequitatis opinione, peruagata eſt, vt hodie de praerogatiua, qua famuli mercenarii in concurſu creditorum vbique fere fruuntur, nemo dubitet; cf. FRID. ES. LAVTERBACH *de priuileg. cred. §.* 30. ac MEVIVS *Iur. Lub. P.* 3. *t.* 1. *art.* 11. *n.* 51. *ſq.*

II. In Saxonia Electorali ad hoc priuilegium obtinendum, iam in Conſtitutione XXVIII. P. I. fundatum, lex iudiciaria antiquior *Tit. XLII. §. nächſt dieſem*, poſtulabat, vt primo inter dominum ac famulum conuentum ſit de aliqua mercede, deinde vt hic in illius domo vel habitatione verſetur, denique vt dominus cibo potuque ſuo famulum alat, aut ipſi loco horum alimentorum certam det pecuniae ſummam. Habitationem lex eadem repetitae praelectionis non praecipit, verum ad famulorum mercedem reſiduam reliquis creditoribus anteferendam ſolummodo exigit, 1) vt in ipſo debitoris ſeruitio ſint, *weſentlich in deſſen Dienſten*, 2) vt ab eo vel alimenta ipſa vel eorum loco ſingulis temporibus aliquot nummos accipiant. Inde fluit, hodie conuentionem de mercede non ſufficere ad prioritatis priuilegium, ſed qui eo vti velit, eum inſimul ſibi ſtipulari debuiſſe vel alimenta ipſa danda vel pro certa pecuniae ſumma, quae appellatur *Koſtgeld*, in ſingulas dies, hebdomades, menſes aliaſue eiuſmodi temporum ſtationes redimenda, BERGER *Oeconomia iuris L. II. t.* 31. *§.* 2. *not.* 3. Itaque hodie habitatione opus eſſe non putamus, eo certius tamen, praeter mercedem, deſideratur, vt famulus a domino victum accipiat, eumue domini pecunia ſibi quaerat, nam abſque alterutro horum non erit priuilegii particeps. Quid vero? ſi nulla omnino merces conſtituta ſit? Fit enim interdum, vt pauperes, inprimis pueri vel puellae,

 modo

modo ne fame pereant, operas ſuas dominis absque vlla mercede, verum pro ſolo neceſſario ad vitam ſuſtentandam victu promittant. Fac itaque, et hoc denegato ipſis opus eſſe, eius pretium mox concurſu moto poſtulare. Credamuſne, hos miſeros propterea prioritate carituros, quod ita fortuna premuntur, vt dominum cum mercede inuenire haud potuerint? Abſit haec durities, cui ipſae leges non ſuffragantur. Non enim leges iudiciariae praecipiunt, *loc. cit.* neminem, niſi qui mercedem parata pecunia accipiat, iſto priuilegio uſurum, ſed hoc: ſolam mercedem non ſufficere ſine conuictu, neque ſub voce *Liedlohn* vnice comprehendi debere promiſſam parata pecunia mercedem, ſed omne id, quod eiuſmodi famulis pro operis eorum datur, vt ipſa verba: *Ord. proc. vet. l. c. Liedlohn wird dies genannt, was man denen perſonen, welche domeſtici ſind und weſentlich bey einem in ſeiner behauſung, an ſeinem brode, oder in einem gewiſſen koſtgelde zu ſeyn pflegen, ſchuldig*, ergo et ipſa alimenta eorumque aeſtimatio. Pari ratione ſolum victum abſque promiſſa mercede ſufficere, putat IOACH. CHEMNITIVS *de iure praelat. cred.* §. 67.

III. Ambigitur, num omnes omnino, quibus et merces et alimenta, vel horum loco certa pecunia datur, priuilegio, de quo dicimus, gaudeant? Sunt enim, qui operas ſolummodo in aliquot dies locant, verum non aliter, quam praeſtita ſibi et ſingularum dierum mercede et victu. Hi, quamvis vtroque, quod requiri vidimus, coniuncto, tamen famuli non ſunt. Ex eo enim ſequeretur, omnes eos, quibus pater aut materfamilias vel ad ligna ſecanda, vel ad cameras ſordibus purgandas vel ad lintea munditiei reddenda, vel ad terram arboribus ac fruticibus accommodandam, vel forte ad auxilium in meſſe aut vindemia praeſtandum, vel ad ſimiles labores pro certa mercede et ſimul victu praeſtando vtitur, ad prioritatem in concurſu creditorum adſpiraturos. In qua re dum in dicaſteriis interdum fluctuatur, memini aliquando in Scabinatu Lipſienſi opinionem obtinere, ſaltim mercede menſtrua opus eſſe cum victu, ad prioritatem conſequendam. Cuius menſtrui ſpatii cum nulla ratio reddi poſſit, id minime receptum eſt ab Ordine noſtro. At forte ea, quae lex noſtra, *Erl. Pr. O. l. c.* habet;

bet: *Perſonen, welche weſendlich in des debitoris dienſten*, rem conficere poſſe videntur? Verum enim vero, quiſnam talis dici debeat? difficile eſt interpretari. Nam omnes, qui operas ſuas locant, ſeruiunt, ipſaque vox *weſendlich* tam ambigua eſt, vt quinam *weſendlich* ſeruiant, et qui *nicht weſendlich?* vix definire poſſis; vnde eo maior neceſſitas nobis videbatur, de ſingulis per catalogum exponere; cf. infra *Tagelöhner* et *Waſchfrau*.

IV. Si quis domeſticis praeter mercedem non victum quidem, nec eius loco pecuniam det, ſed certos tamen determinatosque fructus, quae *deputata* vocant, ii videntur haud minus, quam illi, inter priuilegiatos creditores locandi, quam ſententiam et BRVNNEMANNVS tenet *de Conc. cred. cap.* 5. §. 15. Quapropter et ipſa quoque deputata, non exſoluta, ex ſimili priuilegio petuntur; CLAPROTH *Einleit. z. ſumm. Proc. p.* 590. Etenim ſub voce *Liedlohn* comprehenditur, quicquid famuli mercenarii pro operis ſuis tanquam pretium eorum accipiunt, I. A. HOFFMANNS *teutſch. R. Prax.* §. 1271. quo etiam pertinet ea pecunia, quae venatoribus domeſticis dari ſolet pro ſingulis animalibus occiſis, *das Schiesgeld*, CLAPROTH *l. c.*

V. Interdum dubitatum eſt, num neceſſe ſit, famulum tempore ineuntis concurſus adhuc in ſeruitio debitoris eſſe, in qua re ſententiam affirmatiuam tenuere MENKENIVS *Syſt. Pand. XLII. t. V.* §. 7. ac RICHTER *de priuil. Cred. cap.* 2. *membr.* 3. §. 12. nec non BRVNNEMANNVS *de concurſ. Cred. Cap.* 5. §. 16. At vero, ſi mortui domeſtici heredes reliquam defuncti mercedem eodem priuilegio petere poſſunt, vt idem MENKENIVS *Proc. Tit.* 42. §. 12. concedit, conf. RICHTER *l. c.* §. 13. cur non viuo illi idem ius erit, quamuis dimiſſo ex famulitio? vnde melius iudicat RIVINVS *Enunc. ad Tit.* 42. §. 23. qui idem eſſe putat, ſiue famuli tempore mortis adhuc in domo debitoris, ſiue extra miniſterium fuerint, approbantibus Scabinis Lipſienſibus. Solet autem haec peruerſa ſententia iterum gloſſatoribus adſcribi, inprimis a STRYKIO ad BRVNNEMAN. *l. c.* ſic enim illi commen-

tati ſunt ad locum Speculi Saxonici ſupra allegatum: *ſie müſſen zu der Zeit noch am Dienſte unter dem Geſinde ſeyn.* Aut potius iterum non tam ipſi gloſſatores huius opinionis auctores putandi ſunt, quam eorum inſequentes interpretes, qui illas non ſatis intellexere. Dum enim ad verba ſpeculatoris: *bis an den tag, da ihr herr ſtarb,* commentarentur, optime dixere, famulos nulla ratione mercedem vsque ad mortem domini accipere poſſe, niſi ad hunc ipſum etiam diem in ſeruitio fuerint. At inde non ſequitur, eos perdere actionem vel priuilegiatam vel non priuilegiatam totius mercedis ipſis nondum ſolutae, niſi vſque ad domini obitum vel concurſum creditorum in ſeruitio permanſerint; id quod omni aequitati aduerſaretur; vnde quoque HENR. DE BERGER *Oec. Iur. L. IV. t.* 31. *ſ.* 2. *not.* 3. *p.* 925. *ed. noſtr.* id non requiri exiſtimat, nec non PVFFENDORF *Obſeru. T. I. Obſ.* 104. *ſ.* 2. Quod hodie dubium eſſe non videtur, dummodo hoc obſeruaueris, qui famulitium ante concurſum creditorum reliquerit, ipſi triennium priuilegiatum non niſi pro rata temporis vtile eſſe poſſe.

VI. Nulla nouatione facta vſurae mercedis non debentur. Sunt, qui eas admittunt, ſi promiſſae ſint, ſed nec tunc adiudicari poſſunt, niſi maſſa omnibus ſufficiat, vnde Scabini Lipſienſes m. Ian. 1779. famulos eas petentes non audiendos rati ſunt, interrogante iudice Scharfenſteinenſi ex ratione, quia nullus creditor, qui hypotheca non ſit munitus, vſuras ante ſortes reliquorum accipere poſſit.

VII. Qui famulus reſiduam mercedem domino ſub vſuris credidit, antequam bonis laberetur, orto concurſu ad chirographarios ablegatur. Etenim novatio facta, atque videtur mutuum contraxiſſe ad ſimilitudinem depoſitariorum, *l.* 7. *ſ.* 2. *D. depoſiti, l.* 24. *D. de rebus autor. iud. poſſ.* Et quamquam BRVNNEMANNVS *l. c. ſ.* 17. hanc ſententiam iniuſtam putat, quia ex lege vltima *C. de nouat.* et recentioribus legibus nouatio non amplius praeſumta ſed vera eſſe debeat; tamen eam approbarunt MENKENIVS *Proc. l. c. ſ.* 13. *p.* 685. RICHTER *l. c. ſ.* 5. CARPZOVIVS *l. c. def.* 33. et ante eum DAN. MOLLER *ad*

Conſt.

*Conſt.* 28. *P.* I. nec non I. A. HOFFMANN *l. c.* et CHEMNITIVS *l. c. n.* 69. denique nuper cel. CLAPROTH *Einleitung in den ſummariſchen Proc. p.* 590. LVDOVICI vero *vom Concurs Proc. c.* 10. *§.* 20. eam opinionem in foro receptam atque inveteratam appellat. Ego vero diſcrimen faciendum puto, utrum in novo inſtrumento vetus locationis operarum nomen permanſerit, nec ne. Cuius etiam ſententiae PVFFENDORFIVS *l. c. §.* 5. eſt. Illo enim caſu nouatio facta non praeſumitur, vt oſtendimus ad BERGERI *Oec. p.* 657. *noſt. edit. not.* 4.

SEQVITVR CATALOGVS ALPHAPETICVS.

*Acteurs* vid. *Schauſpieler.*

*Actuarii*, quibus CARPZOVIVS *P.* I. *c.* 28. *def.* 29. et IO. ANDR. HOFFMANN *teutſch. R. Pr. §.* 1272. priuilegium famulorum tribuit, hoc non aliter habebunt, quam ſi primo certa ipſis merces conſtituta, deinde in conuictu ſint domini iuriſdictionis; ceteroquin comparandi cum directoribus iudiciorum, de quibus vide infra. cf. MENKEN *proc. t. XLII. §.* 12.

*Advocati*, quamuis ipſis ſalarium annuum praebeatur, tamen inter eos creditores, qui prioritate gaudent, referri nequeunt, vt eſt in ipſa lege *O. P. S. t.* 42. *§. nächſt dieſem, in fine*; cf. MENK. *Syſt. Pand. L. XLII. t.* 5. *§.* 7. *n.* 4. ac *Proc. t.* 42. nec non CARPZ. *P.* I. *c.* 28. *def.* 30.

*Amanuenſis*, qui cauſarum patronis ſubleuandorum laborum cauſa praeſto eſt, ſi praemii loco tum certum ſalarium accipit, tum in quotidiano conuictu eſt, ſibi priuilegium *der Liedlöhner* arrogare poterit, alias minus. Illud ſine dubio in cauſa ſingulari fuit, cur aliquando Scabini Lipſ. apud RIVINVM *Enunc. ad tit.* 42. *§.* 22. amanuenſem actuarii hac praelatione dignum iudicarent.

*Ammen*, ſunt nihil aliud quam ancillae, etſi reliquis pretioſiores ad nutriendos infantes conductae, propterea quoque a I. ANDR. HOFFMANNO *teutſch. Reichs-Pr. §.* 1272. famulis mercenariis annumeratae, cf. infra loc. *Mägde.*

*Aufwartemädchen*, vid. *Cammerfrau.*

*Ausgeberin*, vid. *Haushälterin.*

*Bauaufſeher* reiectus ab Ordine noſtro ad vltimam claſſem a. 1776. ad interrog. iudicii ſupremi bellici. Nam nihil ipſi praeter annuum ſalarium quadringentorum thalerorum promiſſum erat.

*Bediente, Laquais, Livree-Bediente* procul dubio *denen Liedlöhnern* annumerandi, I. A. HOFFMANN *l. c.* §. 1272. quia pro more hodierno accipiunt vel aliquam mercedem cum ipſo victu, vel loco vtriusque certam pecuniam menſtruam, plerumque etiam quotannis vel per biennium veſtes, ocreas, calceos et alia huius generis, quorum aeſtimationem aeque in claſſe prima petunt, et quidem integram, quamuis anno haud diu coepto, vel nondum completo, vt iudicauit Ordo noſter m. Iulio 1776. his additis rationibus: *Dieweil die zur kleidung gehörigen ſtücke als ein theil der ordentlichen alimente anzuſehen ſind, dieſe hingegen in den rechten dergeſtalt begünſtiget werden, daſs, wenn der empfänger die zeit, da ſolche gefällig geweſen, erlebet, ohnerachtet er vor ausgang des jahres annoch verſtorben, gleichwohl der verbleibende rückſtand von deſſen erben nachgefordert werden mag, die kleidung auch, deren werth als ein ſurrogatum allhier verlanget wird, an ſich nicht füglich getheilet werden kann, dahero wenn kläger, daſs die zeit, da der verſtorbene alljährlich die livréeſtücke abliefern zu laſſen gewohnt geweſen, noch vor deſſen ableben verfloſſen, nebſt dem übrigen grunde ihrer forderung auf die in dem urthel vorgeſchriebene art darthun, ihnen deren betrag um ſo mehr zuzuſprechen, je weniger das aus dem angezogenen miethkontracte erlangte recht ihnen, da ſie ihrer ſeits ſelbigen in erfüllung zu ſetzen bereit geweſen, durch das erfolgte ableben ihres principals entzogen werden können;* quod tamen Scabini Lipſ. in ſententia m. Maio 1781. praefecto Schweidnicenſi data ad veſtem non quotidianam, verum quae nonniſi ornatus cauſa induitur, *Gala-Livree* extendi haud paſſi ſunt. Etenim in famulis, qui *Livree-Bediente* vocantur, applicari nequit lex famulitia, veſtimentorum ſtipulationem interdicens ex ſententia eorundem Scab. Lipſ. eidem praefecto m. Maio 1781. ita propoſita: *Dieweil, ſo viel die zum theil mit liquidirten, im übrigen nicht übermäſsig gewürderten, kleidungsſtücke anbelanget, ſol-*

*ſolches zwar in anſehung der in der neuen geſindeordnung von 1769. ad Tit. 11. §. 1. benandten dienſtbothen, ſo wie überhaupt weynachts-und andere geſchenke ſich auszubedingen, ausdrücklich unterſaget, und daher der ſchirrmeiſter mit der geforderten wildshaut abzuweiſen geweſen, jedoch angeregtes verbot auf die livreebedienten und jäger ſo wenig als als auf das, was an victualien zu deputaten bedungen worden, als welche die ſtelle der koſt vertreten, zu erſtrecken.*

*Bibliothecarii* mox praeter honorarium ſimul in poſſeſſoris convictu eſſe ſolent, mox extra eum proprio pane veſci, adeoque mox in prima, mox in vltima claſſe locandi.

*Brauer*, non inter domeſticos priuilegio prioritatis gaudentes referendus, *vid.* ſententiam Scab. Lipſ. ſub voc. *Lohnbediente.*

*Buchhalter*, primus inter eos, qui in tabernis mercatorum ab officio ſunt, ſolet vt plurimum ſatis opulenta mercede ornari; ac propterea victu carere, interdum modica mercede contentus in convictu eſſe; quae diuerſitas diuerſum etiam in locando iudicium efficiet; cf. HOFFMANN *l. c.*

C*ammerdiener*, eſt domino is, quae dominae *die Cammerfrau*, ergo conſulendus locus modo nominatus. Eis priuilegium famulorum mercenariorum etiam tribuit I. ANDR. HOFFMANN *l. c.*

*Cammerfrau*, *Cammerjungfer*, *Aufwartemädgen*, *Stubenmädgen.* Hae vel aliae eiuſmodi foeminae, etſi, quippe aliquanto honeſtioris prae aliis conditionis, inprimis circa dominarum corpus et amictum verſantes, partim vix cum ancillis comparari patientur, tamen forte contentae erunt, eadem prioritate verſari; cf. I. ANDR. HOFFMANN *teutſch. R. Pr.* §. 1262.

*Conditor*, condimentorum artifex, cum vt plurimum eadem ipſius ratio ſit, ac *des Haushofmeiſters*, videtur etiam pari iure cenſendus.

*Correctores typographorum*, aliquando a Scabinis, Lipſ. ex prioritatis iure locati ſunt, ſi oſtendere poſſent, corrigendorum vitiorum herculeum laborem ſibi non aliter quam pro mercede et victu venalem eſſe, vt videri poteſt apud

apud RIVINVM *ad tit* 42. *enunc.* 22. Quod cum non ſit hodierni moris, locabuntur inter chirographarios.

*Demoiſelle*, v. *Geſellſchafterin*.

*Dreſcher*, nullo modo mercenariis domeſticis annumerandi.

*Eheweiber* vid. *Kinder*.

*Encke* vid. *Knechte*.

*Exerciermeiſter*, inter quos procul dubio referendi ſunt *Tanzmeiſter*, *Sprach - Fecht - Schreibe - und Rechenmeiſter*, et qui his ſunt ſimiles, I. A. HOFFMANNVS *teutſch. R. Pr.* §. 272. iure prioritatis cenſet, ſed male, ſaltim apud nos, vbi ipſis merces tantum in certas horas conſtituitur, quibus ad ſcholares veniant erudiendi cauſa in linguis hodiernis, calligraphia, computandi arte, ſaltando, armis gerendis, vel canendo et muſica ſimilibuſque artibus; omni reliquo tempore ſibi relicto, propriis quoque alimentis vtentes; cf. MENCKEN *Proc. tit.* 42. §. 12.

*Factor*, vid. *Handlungs-Factor*.

*Famuli profeſſorum*, ſi rationem habueris eius generis commodi, quod ipſis ex hoc ſuo officio vtplurimum deriuari ſolet, non poterunt ad primam claſſem creditorum prouocare, aliquando mala patronorum fortuna eos ad incitas redactura.

*Fechtmeiſter*, vid. *Exercitienmeiſter*.

*Filii*, *filiae*, vid. *Kinder*.

*Franzöſin*, inter ancillas quidem, de quibus voc. *Mägde*, minime referenda, attamen, quoniam ex more hodierno in domo habitare ſolet, locatis operis ad pueros inprimis vero puellas bene educandas et lingua franco-gallica erudiendas, pro conſtituta ſimul mercede, ſaepius haud leui, priuilegio noſtro vtitur: cf. I. A. HOFFMANN *l. c.*

*Friſeurs*, *Peruquiers*, quando inter domeſticos verſantur, qui pro mercede in certum tempus conſtituta, additoque victu operas ſuas locant, non autem ſingulis diebus ad capillos componendos veniunt, iiſque compoſitis redeunt, creditores primae claſſis ſunt.

*Gänſehirte*, vid. *Hirte*.

*Gänſemädgen*, vid. *Hirte*.

*Gärtner*, quos in ſuburbiis hortulanos, eos in vineis *Winzer* appellamus. Neuter vix in prima claſſe locabitur, quia mos eſt, ipſis mercedem quidem, interdum etiam habita-

bitationem, non autem victum dare. Exceptio tamen erit ruri, vbi ſaepius ſimul victum vel pro hoc nummos accipiunt.

*Gerichtsdiener, Gerichtsfrohn*, quanquam valde inferior directori iudicii, tamen, cum vtriusque eadem ſit cauſa, eadem etiam erit de ambobus ſententia.

*Gerichtsdirector*, vid. *Gerichtshalter*.

*Gerichtshalter*, memini aliquando ſpem directoris iudicii fallere, dum in concurſu domini iurisdictionis ſamulis mercenariis, alias forte contemtui habitis, ſe ingereret. Scabini enim Lipſ. eum m. Maio 1781. chirographariis creditoribus adiunxere; nam in mercede quidem annua erat, ſed ſe ipſum de ſportulis et laute quidem alebat.

*Geſellen, Handwerksgeſellen*, boethi, hos Ordo noſter inter famulos, qui prioritatis beneficio vtuntur, connumerare haud dubitauit; vti monitum eſt ad BERGERI *Oec. iur. p.* 925. *edit. nov.* cf. I. ANDR. HOFFMANN *t. R. Pr.* §. 1272. et *ſupra obſ.* 1., forte ob cauſam, quoniam ſimul in domo habitant, et quia plerumque per plures ſeptimanas apud vnum magiſtrum permanent.

*Geſellſchafterin, Geſellſchaftsfräulein*, ſ. *Geſellſchaftsjungfer*, quales forte Cel. CLAPROTH *vom ſummar. Proc. ſect.* 4. *c.* 6. §. 395. ſub nomine *Demoiſelles* intelligit, quia in amicitia ac familiaritate ſunt, non videntur pro eiuſmodi feminis haberi, quae operas ſuas pro mercede locent promiſſa, niſi forte pro illa familiaritate conuictus detur, aut ſi quid aliud promiſſum ſit.

*Geſinde, Famuli, Domeſtici*, vid. *Knechte* et *Mägde*, item *Bediente*.

*Groſsenke, Groſsknecht*, vid. *Knechte*.

*Groſmagd*, vid. *Mägde*.

*Handlungs - Factor*, hos RICHTERVS *de priuileg. Cred. c.* 2. *Membr.* 3. §. 20. et CARPZOVIVS *P.* I. *conſt.* 28. *def.* 28. priuilegio exuit; nos eandem eorum rationem eſſe putamus, quae eſt *der Buchhalter*.

*Handwerksgeſellen*, vid. *Geſellen*.

*Handwerksjungen*, de his tironibus idem dicendum puto quod infra dicetur de his, qui in tabernis mercatorum ſeruiunt; vid. *Kaufmannsjungen*.

*Handwerksleute*, ſit interdum, vt qui re familiari ac domeſtica ampliori vtuntur inprimis ad commodum praedio-

diorum ruſticorum maiorum proprios conducunt opifices, v. g. *Schmiede*, *Stellmacher*, *Sattler* et alios, vel in vſum illuſtrium bibliothecarum proprios *bibliopegas*, qui pro mercede annua et victu artes ſuas, ad ſolum huius conductoris commodum, faciunt. Horum ſine dubio eadem eſt ratio ac ceterorum famulorum, cf. BRVNNEM. *de Conc. Cred. c.* 5. *ſ.* 16. vnde vid. loc. *Knechte, Schirrmeiſter* ac *Bediente*. Ii vero qui in opere conficiendo non niſi operas ex artificio exhibent pro mercede, aut, qui opus in re alterius ſuis impenſis pro mercede faciendum ſuſcipiunt, ſolummodo operarum locatores et operis conductores ſunt, ad quorum mercedem iura ſingularia, quae mercedi famulitiae tribuuntur, produci nequeunt; vti iudicatum videmus apud CARPZOVIVM *Ipdia for. P.* 1. *Conſt.* 28. *def.* 27. *was aber denen, ſo nicht in des* debitoris *brodt ſind, noch gewiſſe* ſalaria *haben ſchuldig worden, als da ſind Schneider, Schuſter, Becker, Bierbrauer, Fleiſcher, Balbierer und dergleichen, ſolcher wird vor kein Liedlohn geachtet, ſondern es werden dieſe gläubiger unter die* chirographarios *fällig gerechnet;* et ibidem: *daſs die handwerksleute, ſo nicht in des ſchuldners behauſung und an deſſen brodte, oder anſtatt deſſen in einem gewiſſen koſtgeld geweſen, ihrer forderung wegen vor denen* chirographariis *ſich einer Feſtigkeit nicht anzumaſsen haben.* Idem quoque praeceptum legimus in Ordin. proc. Magdeb. d. a. 1686 his verbis: *daſs andre handwerker und arbeitsleute, ſo nicht ſtätig an des ſchuldners brodt geweſen, an dieſem vorzugsrecht keinen theil haben, ſondern unter die gemeinen* chirographarios *zu rechnen ſind.* cf. GE. LVD. BOEHMER *de iure mercedis opificum in concurſu creditorum: in Elect. iur. civ. Exerc. XII.* vnde idem priuilegium magiſtris quoque tignoriis atque munariis, qui aedium conſtruendarum officium certa pecuniae ſumma conduxerunt, ex eadem ratione denegandum ſtatuimus.

*Hausgeſinde*, *famulitium domeſticum*, vid. *Knechte*, *Mägde*, *Bediente*.

*Haushälterin*, *Ausgeberin*, habent priuilegium ſecundae claſſis, nam pertinent *zum Hausgeſinde*, quamuis plerumque melioris conditionis videri cupiant; cf. I. A. HOFFMANN *teutſch. R. Pr. ſ.* 1272.

*Haus-*

*Haushofmeiſter*, de hoc, qui rem familiarem adminiſtrat ac gubernat, idem dicendum, quod de ſecretario dictum.

*Hausknechte*, quamuis fere infimi famuli mercenarii, tamen cum et merces et victus ipſis dari ſoleat, a priuilegio noſtro non excludendi.

*Hausmagd*, vid. *Mägde*.

*Hirte, Kuhhirte, Kühjunge, Kuhmagd, Kühmädgen, Schaafhirte, Ochſenjunge, Gänſehirte, Gänſemädgen*, cum ſoleat his pecorum paſtoribus vtriuſque ſexus pro operis eorum vt plurimum cum merces tum victus praeberi, non dubium eſt, quin inter famulos mercenarios numerandi ſint. De iis, qui coacti ſunt abſque mercede ſeruire, vid. *ſupra obſ. gener.* 2.

*Hofmeiſter, Informatores*, vid. *Informator.*

*Hofmeiſter*, vocabulo pro iis accepto, qui rei ruſticae in praediis praeſunt, mercedem debitam iure priuilegii accipiunt. In Saxonia inferiori appellantur quoque *Maier*, V. I. ANDR. HOFFMANN *teutſch. R. Proc.* §. 1272. BRVNNEMAN. *Conc. Proc.* c. 5. §. 16.

*Jäger*, venatorum, qui pro operis ſuis et pecuniam et victum, aut huius aeſtimationem accipere ſolent, eadem eſt ratio ac *der Livreebedienten*, vbi vid. Quodſi ipſis loco victus certae frumenti vel aliarum rerum conſumtibilium partes, *Deputate*, dantur, nec non *Schiesgeld*, harum rerum eadem eſt conditio, cf. CLAPROTH *Einleit. in die ſum. Proc.* p. 590.

*Informatores*, etiam *Hofmeiſter dicti*, quibus puerilis vel iuuenilis aetas liberorum ad erudiendum in religione ac bonis litteris pro certo honorario annuo tradi ſolet. Quodſi igitur dominus addit quotidianum victum, priuilegio primae claſſis vtuntur, CARPZ. *P.* 1. *c.* 28. *def.* 26. I. A. HOFFMANN *teutſch. R. Prax.* §. 1273. CLAPROTH *vom ſumm. Proc. ſect.* 4. *c.* 6. §. 395. Quodſi abſque victu erudiunt, forte aliquot ſingulis diebus horas, chirographarii ſunt.

*Jungemagd*, vid. *Mägde*.

*Kaufmannsdiener, Krahmdiener, Ladendiener*, cum ex more recepto ipſis et merces et quotidiana alimenta debeantur, caſu eueniente inter dominorum creditores priuilegiatos locandi erunt, vt et HOFFMANNVS putat *l. c.*

*Kauf-*

*Kaufmannsjungen, Ladenjungen,* quoniam hi teſte obſeruantia nullam plane mercedem accipiunt, contenti, modo nutriantur, vsque dum aſcendunt ad dignitatem *eines Dieners,* neque adeo ipſis ſoleat aeſtimatio alimentorum dari, potius omni aere ſignato carere debeant, quo recte vti in hac aetate non poſſe creduntur, vix euenire poterit, vt in mercatorum, in quorum taberna ſeruiunt, concurſu locationem petant.

*Kinder,* liberi, quibus pater pro operis, quas ipſi praeſtant, mercedem promiſit, quamuis ſimul eius pane veſcantur, mercedem iſtam iure prioritatis poſtulare poſſe non videntur. Nam hi patri ſua ſponte operas debent, pater ipſis alimenta. Non igitur, ſi hic ex ſingulari beneficio paterno remunerationem promiſit, dici poteſt, ab eo tempore et hanc et alimenta liberis ex contractu locatarum operarum deberi, nec vnquam filii filiaeue ſimiles haberi poſſunt ſeruis ac ancillis. Ex eadem cauſa nec vxores, ſiue maritus promiſerit, ſ. minus, eius in remunerationem in prima creditorum claſſe locationem deſiderare poterunt, vt iam olim pronunciarunt Scabini Lipſ. referente RIVINO *Enunc. ad t.* 42. *m.* 25. Diſſentit CARPZOVIVS *P.* I. *c.* 28. *def.* 32. MENCKENIVS *Proc. tit.* 42. *§.* 13. RICHTER *de priuileg. cred. c.* 2. *membr.* 3. *§.* 22. et I. ANDR. HOFFMANN *teutſch. Reichs-Pr. §.* 1272.

*Kindermädgen,* vid. *Mägde.*

*Kleinenke, Kleinknecht,* vid. *Knechte.*

*Kleinemagd,* vid. *Mägde.*

*Knechte,* i. e. famuli maſculini ſexus, qui inprimis ſeruiunt in praediis ruſticis, quorum poſſeſſores iſtorum opera inprimis ad rem agrariam tum equis tum aliis iumentis faciendam vtuntur. Hoc nomen generale eſt, cui ſubſunt ſpecies, vt *Groſsknecht, Mittelknecht, Kleinknecht, Pferdeknecht, Ochſenknecht, Schaafknecht, Lämmerknecht, Lämmerjunge.* Aliis in locis vox *Knecht* commutatur in *Enke,* vnde *Groſsenke, Mittelenke, Kleinenke.* Hi omnes locantur ex priuilegio, ad quod non opus eſt, vt praedii, in quo ſeruierunt, pretium per ſubhaſtationem ad maſſam peruenerit, quia ipſa locatio operarum priuilegium inducit, vt patet ex rationibus a Scabinis Lipſ. ad ſententiam ſuperius allegatam datis: *Ob wohl Curator Litis der Meynung iſt, daſs das von dem geſinde geforderte liedlohn, weil dieſelben*

*nicht blos auf dem obern ſiebenviertelhufengute, ſondern auch auf dem niedern fünfviertelhufengute gearbeitet, nicht insgeſamt bey gegenwärtiger concursmaſſe liquidiret werden könne, maſsen das zuletzt benandte gut dazu nicht gezogen, ſondern von dem creditweſen an Benedict Schurren, welcher es bereits wiederkäuflich beſeſſen, erblich abgetreten worden; D. a. d. die erl. proc. ord. denen ſo bey einem debitore communi rückſtändiges liedlohn zu fordern haben, eine beſondere claſſe, ohne rückſicht auf diejenigen grundſtücke, auf welchen ſie ihre arbeit verrichtet, anweiſet, vielmehr allein der contractus locatarum operarum ihnen die prioritätiſche befriedigung verſchaffet, wozu annoch allhier, daſs der gemeine ſchuldner, das niedere fünfviertelhufengut im pachte gehabt, kömmt; annächſt Beuchel nach dem zeugniſſe der gerichtsperſonen wirklich ſchirrmeiſter geweſen, Sommer aber als pferdejunge gemiethet zu ſeyn ſelbſt bekennet, daneben in denen landesgeſetzen das lohn eines ſchirrmeiſters, wofür Götze ſich ausgiebt, auf 23 Fl. beſtimmt iſt.* Ceterum, quamuis in locandis operis ſuis hanc conditionem fecerint, vt dominus praeter ipſam annuam mercedem vel lintea vel munuſcula adderet, tamen haec in concurſu creditorum plane non percipiunt, ob prohibitionem in lege Saxonum famulitia d. 16. Nou. 1769. *tit.* I. *§.* 2. Ita iudicare ſolet Ordo noſter, ac iudicauit m. Ian. 1785. ad interrog. iudicis praepoſiturae Capituli Cizenſis.

*Köchin*, vid. *Mägde.*

*Krahmdiener*, *Krahmjunge*, vid. *Kaufmannsdiener*, *Kaufmannsjunge.*

*Küchenmagd*, vid. *Mägde.*

*Kuhhirte*, vid. *Hirte.*

*Kühjunge*, vid. *Hirte.*

*Kühmädgen*, vid. *Mägde.*

*Kutſcher, Reitknecht, Vorreiter,* quia praeter debitam ipſis mercedem etiam victum accipiunt, aut aeſtimationem eius, priuilegio famulorum mercenariorum vtuntur; in quem numerum etiam HOFFMANNVS *l. c.* eos refert.

*Ladendiener*, vid. *Kaufmannsdiener.*

*Laquais*, vid. *Bediente* et cf. I. A. HOFFMANN *teutſch. R. Pr. §.* 1272.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0123-1

*Läufer*, ſine dubio par eſt ratio vt reliquorum famulorum, vnde videndus locus: *Bediente*, cf. I. A. HOFFMANN *l. c.*

*Lohnbediente*, non ſunt in numero eorum, qui mercedem in prima claſſe accipiunt, nam ſola mercede contenti ſunt, ſe ipſos alentes; id quod de his et quibuſdam aliis confirmat ſequens ſententia Scab. Lipſ. tanquam pars ſententiae ſuperius allegatae: *Dieweil ein unterſchied unter demjenigen geſinde zu machen, ſo ſich zu einer dienſtherrſchaft gegen ein gewiſſes auf viertel, halbe oder ganze jahre, oder zum wenigſten monatsweiſe feſtgeſetztes dienſtlohn vermiethet, und unter denenjenigen perſonen, ſo nur nach proportion ihrer viel oder wenig zu leiſtenden arbeit ſich einen gewiſſen lohn bedingen, welche beſchaffenheit es ſowohl mit dem Tobacksſpinner nach der ſpecification fol. — als mit dem Ziegelſtreicher und Brauer hat, am wenigſten der Schäfer unter die erſtern zu rechnen, da er vermöge ſeiner beſtallung und deputatbuchs im gemenge, alſo in einer art von ſocietät mit dem debitore communi geſtanden, dahero denn vor der jedesmahligen beſtimmung des lohns eine beyderſeitige zuſammenrechnung vorgegangen, und das jährliche deputat als ein hinzugefügtes pactum anzuſehen, gleichergeſtallt der ſogenandte* LOHNBEDIENTE *dem debitori nur tageweiſe um ein gewiſſes gedinge aufgewartet.*

*Mägde*, ancillae ſunt praediorum vel vrbanorum, vel ruſticorum, ac varie ſeruiunt, ſingulae ad famulas mercenarias referendae. Tales in vrbanis praediis ſunt *die Köchin*, victui quotidiano apparando, nec non *die Küchenmagd, Hausmagd, Jungemagd, Waſchmagd*, quarum operae vilioribus laboribus vel in culina, vel in reliquis domus partibus, inprimis munditiei cauſa addictae ſunt. Idem dicendum de ancillis praediorum ruſticorum, *Viehmagd, Groſsmagd, Mittelmagd, Kleinemagd, Kühmädgen*, aut quomodocunque vocentur; cf. I. A. HOFFMANN *l. c.*

*Maier*, vid. *Hofmeiſter.*

*Markthelfer*, qui mercatoribus in tabernis praeſto ſunt ad merces portandas, compingendaſue, aut ad alia ſeruitia, plerumque et mercedem accipiunt et victum, adeoque et mercenariorum privilegio fruuntur.

*Mittelenke, Mittelknecht*, vid. *Knechte.*

*Mittel-*

*Mittelmagd*, vid. *Mägde.*

*Muhmen*, *Kinderweiber*, procul dubio inter ancillas referendae, igitur his etiam in concurſu creditorum aequiparandae, conſentiente HOFFMANNO *l. c.*

*Muſicmeiſter*, vid. *Sprachmeiſter.*

*Ochſenjunge*, vid. *Hirte.*

*Peruquier*, vid. *Friſeur.*

*Pförtner*, *Portier*, recte cum HOFFMANNO *l. c.* creditoribus privilegiatis annumeratur.

*Poſtillion* eſt in famulitio poſtarum magiſtri, atque tum mercedem et habitationem ab eo accipit, tum plerumque eius etiam pane veſcitur; quae ſi conueniant, erit mercenarius priuilegiatus.

*Proviſores in apothecis*, his dubitatio non supereſt priuilegium, de quo agimus, competere, vti et iudicarunt ICti Lipſ. atque Halenſes ap. RICHTER. *l. c.* *§.* 12. cf. I. A. HOFFMANN *t. R. Pr.* *§.* 1272.

*Rechenmeiſter*, vid. *Exercitienmeiſter.*

*Rechnungsführer*, hoc officio apud perſonam illuſtrem fungentem memini aliquando optare, vt honorario ipſi ex aequitate conſtituendo ex priuilegio *der Liedlöhner* reliquis creditoribus praeferretur, verum defuimus huic petitioni m. Iul. 1776.

*Reitknecht*, vid *Kutſcher.*

*Schafhirte*, vid. *Hirte.*

*Schäfer*, *Schaafmeiſter*, paſtor ouium vel in communione eſt cum pecoris domino, *hat das Gemenge*, vel pro paſtura pecuniam, eamque vel ſolam vel denique cum victu eiuſue aeſtimatione coniunctam, accipit. Priore caſu abeſt a prima claſſe, maiori adhuc beneficio vtens vindicationis, quando proprii ipſius oues adſunt, vltimo caſu famulis mercenariis annumerandus, medio, quia deeſt vnum ex requiſitis, ad chirographarios ablegandus. cf. ſententiam Scab. Lipſ. ſub voce *Lohnbediente.*

*Schauſpieler*, ex hodiernis quidem moribus ob honorem, quem ipſis eorumque vitae generi tribuere ſolemus, famulitio non annumerandi; nihilominus ipſos orto concurſu in illius bonis, qui ludorum ſcenicorum curam moderatur atque redemit, *des Komödien-Entrepreneurs*, iure praelationis gaudere et famulis mercenariis aequiparandos eſſe, ideo contendimus, quod merces certa iis debetur, quae

victus quotidiani, alias iis praebendi, vice fungitur, quam ſententiam quoque defendit COROLVS GEORGIVS *de* ZANGEN in libello, cui titulus: *practiſche Rechts-Erörterungen. Wezlar* 1783. 8. *medit.* 4.

*Scheuerfrau*, vid. *Wäſcherin*.

*Schirrmeiſter*, vnus ex primariis praediorum ruſticorum famulis, ac ceteris praepoſitus, quaſi olim ſeruus mediaſtinus, et mercedem accipiens, et domini victu vtens, prioritate gaudet.

*Schreibemeiſter*, vid. *Exercitienmeiſter*.

*Schreiber*, ſi ſub ſcribarum nomine non famulos domeſticos, qui interdum hoc nomine ſuperbire cupiunt, ſed eos intellexeris, qui aduocatis vel aliis ſcribendo inſeruiunt, ſolutione vel ſecundum horas vel ſecundum paginas expectata, non poterunt ad priuilegium famulorum domeſticorum prouocare, male ſic ſentiente I. ANDR. HOFFMANNO *teutſch. R. Pr. §.* 1272.

*Secretair*, hic, qui ab epiſtolis et rationibus eſſe dicitur, operas non ſolum certa mercede locare, ſed plerumque etiam cum patrono in familiaritate et conuictu eſſe ſolet, igitur, ſi illam, fortuna ita volente, aliquando ex concurſus maſſa petere, oportet, potior aliis creditoribus habebitur, quod viſum etiam eſt I. A. HOFFMANNO *teutſch. R. Pr. §.* 1272.

*Singemeiſter*, vid. *Exercitienmeiſter*.

*Tafeldecker* plerumque eſt in mercede et conuictu, id, quod parit priuilegium inter creditores.

*Tagelöhner*. De his dicit CLAPROTH *vom ſummar. Proc. ſect.* 4. *c.* 6. *§.* 395: *Es thut nichts zur Sache, wenn gleich ein tagelöhner die koſt erhalten hat, weil er doch immer nur auf kurze oder unbeſtimmte zeit in arbeit ſtehet.* Ergo locantur inter chirographarios v. ſupra *Obſ. generalem* 3.

*Tanzmeiſter*, vid. *Exercitienmeiſter*.

*Tobacksſpinner*, qui aliquando has operas ſuas debitori communi, negotium tale gerenti, locauerat, petens reliquis creditoribus praeferri, inter creditores chirographarios reiectus eſt a Scabinis Lipſ. vid. *Lohnbediente*.

*Verwalter*, adminiſtratores ac inſpectores rei ruſticae in villis, et pro mercede et pro victu ſeruiunt, ibi ſimul habitantes, vnde merentur, vt eis cum HOFFMAN-

NO *t. R. Pr. ſ.* 1272. locum priuilegiatum aſſignemus.

*Viehmägde*, vid. *Mägde*.

*Vorreiter*, vid. *Kutſcher*.

*Wärter*, *Wärterin*, *Krankenwärter*, de his ſecundum diuerſas dicaſteriorum ſententias varie iudicandum erit, cf. ſupra *Obſ. gen.* 3. et voc. *Lohnbediente* atque *Geſellen*.

*Wäſcherin*, *Scheuerfrau*, hae feminae cum nonniſi diurnas operas faciant, nec in famulitio ſint, non poſſunt priuilegio famulorum vti, ſiue praeter mercedem victum accipiant, ſin minus; cf. ſupra *obſ. gen.* 3. *it. loc.* *Lohnbediente*. Male igitur HOFFMANN *l. c.* refert *die Waſchfrau* inter creditrices priuilegiatas.

*Waſchmagd*, vid. *Mägde*.

*Winzer*, vid. *Gärtner*.

*Ziegelſtreicher*, fruſtra petierat a 1781. locationem priuilegiatam, meliora edoctus a Scabinis Lipſ. vid. *Lohnbediente*.

---

## Adnotatio XIII.

### *Ad ſportularum tabulam ſaxonicam.*

Ad ius iudiciarium procul dubio etiam *Sportulae* in iudiciis ſoluendae pertinent, earumque modus in petendo, cuius veſtigia iam in iure Romano, in §. 24. et 25. I. de action. deprehendimus. Eſt vero inter reliquas Saxoniae noſtrae felicitates et haec non minima, quod iſta quoque res a ſeculis inde maximopere occupauerit legislatoriam poteſtatem ad cohibendam eorum intemperantiam, quibus ſportulas exigere permiſſum. Sunt vero eiusmodi leges generales anno 1612. 1642. 1724. et 1764. omnibus ac ſingulis iudicibus eorumque miniſtris, nec non cauſarum patronis latae, inter quas et recentiſſime ea referenda eſt, quae diſmembrationem praediorum concernit. Cum enim anno 1784 d. 4. Maii mandatum generale circa modum et rationem dictae diſmembrationis emitteretur, ſimul addita eſt norma, ſecundum quam et iudices et ſteurarum receptores, quibus in hoc negotio verſandum, ſportulas petere poſſint. Sunt vero etiam quaedam ſingulares, per quas ſingulis quibusdam vel iudicibus, vel qui iudicum ſpeciem prae ſe ferunt, modus in ſportulis exigendis poſitus eſt atque praeſcriptus. Sic iam anno 1543. in Ordinatione prouinciali nec non in peculiari tabula Reſolutionibus Grauaminum de a. 1661. adiecta, ipſi Cancellariae, ſic Senatui, coram quo prouocatione certatur, in ſimili tabula legi huius iudicii de a. 1734. addita, ſic recentiſſime a. 1783. Curiis prouincialibus, ſic Cancellariae epiſcopatus Miſenenſis, quae eſt Wurzenae, eodem anno, ſic Superintendentibus et Inſpectoribus eccleſiaſticis anno 1768. ſic receptoribus, reuiſoribusque ſteurarum a. 1773. ſic denique iam olim iudicibus militaribus (*den Auditeurs*), vt videri poteſt in Hoffmanni *Codice militari p.* 869., norma data, quibus recentiſſima illa lex ſportularia addi debet, quam sereniſſimus Elector anno 1789. ei mandato adiecit, quo normam dedit nouo iudicio ſeu potius collegio militari vniuerſali, *dem Kriegs Gerichts Reglement.* Et his quidem legibus omnes omnino iudices praeter praefectum Tennſtadienſem, qui vnico caſu ab illis exemtus eſt, tenentur. Notum enim eſt, Electorem Saxoniae ſolere in rebus

Hatzfeldicis praefecto Tennſtadienſi ad exercendam iuriſdictionem nec non quoad ganerbinatum Treffurtenſem perpetuam commiſſionem concedere. Hic igitur in rebus eiusmodi, non legem ſportulariam Electoratus Saxonici, verum Ducatus Saxonico-Gothani ſequitur; quae principis voluntas in aprico eſt ex reſcripto, d. 8. Sept. 1725. ad praefectum ipſum Tennſtadienſem dato, his verbis: *Nun fället uns zwar um vieler urſachen willen bedenklich, die von und für euch dieſsfalls geſuchte Eximirung von unſrer neuen Taxordnung zu verwilligen, und euren bitten hierunter, als worauf ſich ſolchenfalls auch unſre Creyſs-und Grenz-Beamte berufen würden, ſtatt zu geben; Wir können aber doch geſchehen laſſen, daſs darunter die euch* ſubdelegations*weiſe aufgetragene Käyſerliche* Commiſſiones *nicht mit verſtanden werden, und auch in Gräflich-Hatzfeldiſchen Sachen ihr euch nach der Gothaiſchen Canzlei-und Conſiſtorial-Taxe richten, nicht minder in denen Treffurtiſchen angelegenheiten es bey der bisherigen obſervanz verbleibe.* Soli iudices chartularii, quos Notarios vocant, a ſportularum taxa hactenus immunes fuere, ita, vt hucuſque nonniſi ad ſimilitudinem verorum iudicum diiudicari potuerint. At, quemadmodum, qui in eiusmodi ſportulis regundis quotidie verſantur, bene ſciunt, quanta hic quaſi concordia ſit diſcordantium canonum, profecto quam maxime optandum foret, et horum cupiditati per ſingularem aliquam legem aliquando obuiam itum iri. Eandem medicinam legislatores noſtri Luſatiae Superiori propinarunt, dum illi non ſolum anno 1674. taxam Cancellariae Praefecturae Superioris Praefecturisque Budiſſini et Gorlizii *C. A. T. III. p.* 271. nec non a. 1768. iudiciis pagorum patrimonialibus ſportularum regulam. *v. O. Lauſ. Collect. Werck. T. III. p.* 16. ſed etiam an. 1752. vniuerſae Luſatiae ſimilem ſportularum criminalium legem *v. ibid. T. I. p.* 316. dedere. Luſatia Inferior caret quoad iudices ſportularum lege a ſuperiore profecta atque eatenus nonniſi more recepto regitur. Aduocatis tamen aliqua regula data, eaque appenſa Ordinationi Aduocatorum ſub die Dobrilugii d. 6. Sept. 1672. publici iuris facta, quam et nunc obſeruare debent, eumque in finem ſingulis aduocatis ſub muneris initium exemplum deſcriptum dari ſolet.

Inter omnes vero leges ſportularias, quas mox nominauimus, ſine omni dubitatione illa de anno 1764, quae ex Reſcripto d. 12. Iun. 1738. ad Dicaſteria dato etiam in terris Schwarzburgicis viget, principatum obtinet, non ſolum inprimis amplitudine ſua et generaliori vſu, verum etiam tum quatenus noua habet ac priorem de anno 1724 hinc inde correxit, tum quatenus eam retinuit. Quamuis autem vtraque haec in plerisque poſitionibus lucida ſit et clara, nihilominus tamen quotidiana experientia docuit, aduerſus nullum praeceptum cupidius peccari, quam contra hoc, cuius rei omnis fere excuſatio in mala interpretatione quaeri ſolet, quam ſaepiſſime iniuſta lucri auaritia, rarius vero ignorantia parit. Quapropter haud abs re facturos eſſe arbitramur, ſi verum ſenſum multarum eiusmodi poſitionum oſtendendo, eumque aut ipſa authentica interpretatione, aut dicaſteriorum receptis opinionibus corroborando, iudices probos et titubantes confirmemus, improbos ac auidos in viam reducere conemur. Etſi enim, quod ingenue fatemur, iſta interpretatio authentica non legibus publice promulgatis ſit ſuperſtructa, ſed reſcriptis ad ſingulos tantummodo praefectos, magiſtratus vaſallosue datis fundata, tamen etiam ex his voluntas legislatoris intelligi poterit, et ſane eandem vtilitatem legisque vel ſimilitudinem vel praeſumtionem praebere poterunt, ac faciunt paria reſcripta ſingularia hinc inde in Codice Auguſteo diſperſa.

---

## Ad Mandatvm Electorale

### d. d. 20. Febr. 1764.

*Tabulae ſportularum de eodem anno praemiſſum.*

*ad pag.* 4. verbis: *vermoege der erbregiſter vorhandener receſſe — als commoda iurisdictionis*, rel.

*ad pag.* 5. verbis: *ſtatutis, erbregiſtern*, rel.

Diſtin-

Diſtingue igitur inter commoda fructusque iurisdictionis, circa quae vel ſtatutis vel pactis vel conſuetudine vis ſua in vtilitatem dominorum iurisdictionis reſtituta eſt, atque inter ipſas ſportulas, quales nullae aliae nec veteres, nec in maiori ſumma, quam quae in tabula ſportularum publica permiſſae ac diſerte nominatae inueniuntur, poſtulari queunt. In his itaque nec pacta quidquam valent, nec ſtatuta, etiamſi ante a. 1724. iam adfuerint; nec intereſt, quamuis ab ipſo regimine electorali confirmata ſint; id quod patet ex reſcripto quodam regio ad praefecturae Wieſenburgenſis praepoſitos dato *d.* 7. *Nou.* 1724. *Allermaſsen nun dasjenige, was in unſern zu publicirung ermelter neuer taxordnung mit ins land ergangenen mandate,* §. 15. *enthalten, allerdings auch von ſolchen vergleichen, welche vor unſerer landesregierung aufgerichtet worden, mit zu verſtehen, als habet ihr, des von euch angezogenen receſſes de a.* 1675. *ungeachtet, hierunter gleichfals ſchlechterdings euch der neuen taxordnung gemäſs zu bezeigen etc. vor eintragung einer vormundſchaftsrechnung aber in das vormundſchafts-buch, da dergleichen nöthig, ein mehreres nicht, als die gewöhnlichen copialien, gefordert werden mögen, hingegen wir geſchehen laſſen können, daſs für einrichtung eines contracts, wenn ſolcher auf derer partheyen verlangen von denen gerichten verfertiget wird, annoch eben ſo viel, als für deſſen confirmation genommen werden dürfe.*

*ibid.* ad verb: *keinesweges zu behelfen.*

Hic obſerua, idem non ſolum in terris hereditariis Electoris Saxoniae, verum etiam in epiſcopalibus Saxonicis obtinere, id quod egregie illuſtratur reſcripto conſilii ſanctioris d. 1. Febr. 1725. miſſo adminiſtratoribus epiſcopatus Numburgenſis. *Die zur interimsverwaltung der ſtiftnaumburgiſchen regierung zu Zeitz verordnete canzler und räthe haben aus der abſchriftlichen anfuge mit mehrern zu erſehen, was ſich der amtmann zu Naumburg bey der ohnlängſt im ſtifte publicirten neuen ſportultaxe vor dubia gemacht, und wie derſelbe um verhaltungsbefehle allerunterthänigſt anfraget. Gleichwie nun das in ſeinem memorial beſchehene anführen, daſs die bisherige*

 *taxe*

*taxe des amts Naumburg von vielen jahren her daſelbſt eingeführet, auch aufs neue a. 1717. approbiret worden ſey, von ſelbſt hinweg fället, da in der letzten taxordnung und in dem dabey befindlichen mandate §. 15. ausdrücklich verſehen, daſs wider dieſelbe keine gewohnheit und obſervanz gültig ſeyn ſolle, wannenhero auch die beamten in andern ämtern, wenn ſie ſich gleich auf die vorigen taxen beruffen, nichts deſtoweniger zu beobachtung der neuen taxordnung ſchlechterdings angewieſen worden, weil übrigens dasjenige, was von dem amtmanne angezogen wird, ob wären in dem amte Tautenburg die eingeführten gebühren vor verfertigung eines kaufes an 1. thl. von jeden 100 thl. noch ferner zu nehmen geſtattet worden, hieher keineswegs applicabel, inmaſsen es damit die bewandniſs hat, daſs dieſer thlr. vom hundert nicht als gerichtsſporteln oder confirmationsgebühren, ſondern als ein lehngeld entrichtet und verrechnet, durch die neue tax-ordnung nicht aufgehoben ſind, etc.*

*Ihro Königl. Maj. in Pohlen in Dero Churfürſtenthum Sachſen verordnete Evangeliſche Geheimde Räthe.*

## Ad Titulum I.

### *Von denen in gerichten vorfallenden gemeinen haendeln.*

*ad no. 2.* verb: *vor verpflichtung eines neuen unterthanen auf dem lande, rel.*

Haec taxa ita intelligenda, vt pro formula iuramenti atque pro regiſtratura de iurando ſimul detur; vnde factum, quod, cum a. 1777. quidam iudicii director pro iſta regiſtratura adhuc tres groſſos peteret, Scabini Lipſienſes, id iure non fieri, m. Octobri d. anni in ſententia ad praefectum Chemnicenſem miſſa, putarent.

*ad*

*ad no.* 6. verb: *kundſchaft oder abzugsbrief.*

id eſt, atteſtata iudicialia, quae dari debent inquilinis vel potius ſingulis ſubditis, qui alius iurisdictionis fines quaerunt, de eorum huc vſque vita peracta, ex legis praeſcripto, nempe ex Ordinatione prouinciali d. a. 1482. ac Reſolutionibus Grau. de a. 1612. *tit. v. rentſachen* §. 25.

*ad no.* 7. verb: *vorſchrifft an andre gerichte.*

id eſt, litterae interceſſionales, quomodo appellantur in tabula ſportularum antea memorata, data ſuperiori Luſatiae a. 1674. tit. 14. vnde quidam iudices male hanc taxam ad litteras requiſitoriales, inprimis in cauſis criminalibus, applicant.

*ad no.* 8. verb: *dem Beamten.*

Notandum hoc loco, magiſtratus vrbium iurisdictioni praefectorum ſubiectos pro litteris, quibus praefectus honeſtam natiuitatem teſtatur, *Geburts-Brief* a praefecto ſummam duodecim groſſorum accipere debere.

*ad no.* 9. verb: *vor beſtaetigung eines vormundes, rel.*

Quando in vna regiſtratura vel vno tutorio plures tutores curatoresue conſtituuntur, taxa hic permiſſa toties multiplicatur, quot ſunt tuendi vel curandi, id quod patet ex reſcripto ad praefectum Schwarzenbergenſem d. 12. Apr. 1728. dato: *Was bey uns der ſtadtrichter zu Scheibenberg Iohann Ernſt Beuther und der ſtadtſchreiber Iohann Siegmund Abendroth allda etc.* 1) *wegen derer eod. tit. n.* 9. *ſeqq. vor die vormundſchaftsbeſtaetigungen geordneten gebühren, allerunterthaenigſt vorgeſtellet, und wie uns ſie um unſere erlaeuterung hierüber geziemend angelanget, ſolches erſehet ihr aus dem inſchluſs mit mehrern. Wie nun, ingleichen quoad* 2) *vor eine jede vormundſchaftsbeſtaetigung, wenn ſolche regiſtriret und eingetragen, oder wenn ein ſchriftliches tutorium oder curatorium darüber ausgefertiget wird, auch in dem fall, wenn dergleichen ratione verſchiedener perſonen in eine regiſtratur, oder in einen ſchein gebracht, reſpectu eines jeden, welchem ein oder mehrere vormünder beſtaetiget, ſo*

*viel*

*viel als in beſagten tit. I. §. 9. et ſeqq. nachgelaſſen iſt, gefordert und genommen, jedoch wenn es verlanget wird, vor einen jeden dererſelben ein beſonderes tutorium oder curatorium ertheilet werden ſoll; Als iſt hiermit unſer begehren, ihr wollet euch darnach achten, und die ſupplicanten deſſen alſo beſcheiden.*

Notandum etiam, non ſolum in quibusdam iudiciis, neſcio quo fato, introductum eſſe vt ſolum modo 3. groſſi pro conſtitutione tutoris ſpecialis peti poſſint, verum etiam tum, quum tutores conſtituuntur, ſcabinis pro aſſeſſura nihil deberi. Etenim falſa opinio eſt eorum, qui ipſos nulli plane negotio ſine emolumento aſſidere debere autumant; potius eo firmior ſtat regula raro fallens: eos nihil omnino petere poſſe, vbi iis in tabula ſportularum nihil adſcriptum eſt. Quae regula, inprimis lege praeliminari de a. 1724. fundata, non ſolum nuſpiam eſt mutata, ſed etiam non parum confirmatur reſcripto a legislatore Saxoniae d. 5. Ianuar. 1729. ad nobilem de Schoenberg, tanquam dominum Wilsdorfienſem, dato, ſequentis tenoris: *Uns iſt aus deinem und deiner gerichte zu Wilsdruf erſtatteten unterthaenigſten berichten vom 9. December und 22. Ian. vorigen jahres vorgetragen worden; wasmaſsen ſich einige einwohner in Porſsdorf bey dem gehaltenen ſchreibe - oder gerichtstage denen darbey gegenwaertig geweſenen drey gerichtsperſonen ihre gerichtsgebühren, ſo ſie ſonſt jederzeit bey verſchreibung eines termingeldes gehabt, zu bezahlen ſich verweigert haetten, weil davon in unſerer neuen taxordnung nichts enthalten waere; Allermaaſsen nun bey ſothaner bewandniſs ermeldten gerichtsperſonen dergleichen gebühren nicht zu reichen ſind, noch paſſiret werden: Als iſt hiermit unſer begehren, du wolleſt ſelbige, daſs ſie zuwider jetzt angezogener unſerer taxordnung ſolcherley gebühren nicht weiter fordern ſollen, deſſen bedeuten, und das ſonſt noethige hierzu behörig verfügen.*

De reliquo etſi hanc noſtram ſportularum legem iudices in Luſatia inferiori ſequi non ſolent, vt iam ſupra animaduertimus, tamen taxa, quae hic a no. 9. vſque ad 14. proponitur, non minus in iſta prouincia obſeruanda eſt, id quod

quod iuſſit Elector noſter Sereniſſimus Mandato d. d. Lübbenae d. 8. Dec. 1783. quo legem tutelarem, de qua antea diximus, ſub dato d. 10. Oct. 1782. in terris hereditariis promulgatam, etiam in Luſatia inferiori pro lege vniuerſali cuſtodiri, pauciſſimis mutatis, voluit.

*ad no.* 11. verb: *vor abnahme einer vormundſchaftsrechnung.*

Totidem peti poteſt quoad rationes vniuerſitatum, *für abnahme einer gemeinderechnung*, vti receptum in F. I. Lipſ. et ita iudicatum meminimus.

At ipſas rationes tutelares in peculiarem librum, vbi moris eſt, referre, *in das vormundſchaftsbuch zu tragen*, gratis fit, ſolis copialibus exceptis. Ita reſcripſit Potentiſſimus praepoſitis praefecturae Wieſenburgenſis d. 7. Nov. 1724. vt iam ſupra ad p. 5. mandati praeliminaris exhibuimus.

*ibid.* ad verb: *ſo lange, bis bey der künftig zu publicirenden vormundſchaftsordnung, rel.*

Per hanc legem tutelarem, quae nemine non fatente pro ſpecimine perfectae iurisprudentiae legislatoriae habenda eſt, a. 1783. publici iuris factam, ſunt etiam quaedam circa ſportulas mutata. Nempe capite XXVI. primum poſtulat Princeps, vt eae relationes, *Anzeigen*, quae aut de omiſſa obſignatione facultatum defuncti, cui liberi ſunt imperfectae aetatis, aut de hominibus ſui iuris bona propria perdentibus, aut de parentibus filiorum facultates diſſipantibus, capite XI. §. 2. capite XXII. §. 6. et capite XXIV. §. 10. fieri iubentur, gratis expediantur, deinde, vt itidem iudices pro aſſeruandis pecuniis rebusue pretioſis pupillorum ſportulas, *Depoſitengebuehren*, vel absque ſuperiorum permiſſu nullas vel his approbantibus non niſi conſuetis dimidias atque adeo circa omnem rem tutelarem, quando tuendi facultates ducentos thaleros non ſuperant, nihil omnino, reuocatis etiam copialibus vſque ad dimidiam partem, ac ſi quingentos thaleros non excedunt, dimidias tantummodo ſportulas accipiant; vnde hodie loco taxarum ſub no. 11. 12. et 13. ad ſummum pecuniae dimidiae peti poſſunt; quod

tamen

tamen ad no. 14., quia hoc poſt finitam demum tutelam accidit, vix applicandum videtur.

*ad eund. no.* 11. verb: *nach dem quanto der Einnahme.*

Modum hic praeſcriptum ſportularum pro rationibus examinandis ſecundum annuos fructus non ſecundum ſubſtantiam ſemper in moderatione ſervandum eſſe, reſcripſit Sereniſſimus Ordini ICtorum Lipſienſi d. 17. Iul. 1770.

*ad no.* 15. verb: *vor praeſentation, annehmung, verfertigung, rel.*

Dubitari poteſt, vtrum iudex, qui haec omnia vno nummo expedire iubetur, ſimul etiam ipſam venditionem ſcriptis exarare debeat, an vero pro eius peculiari inſtrumento conficiendo adhuc quicquam petere queat? Quod poſterius fortaſſis primo intuitu negandum ob verbum, *verfertigen*, cum contra vox *praeſentiren* innuere videatur, ipſum inſtrumentum litteris exaratum iam adeſſe debere, antequam ea, quae hic enumerantur, pro vno illo nummo expedienda ſint. Nobis diſtinguendum videtur. Partes contrahentes aut ad iudicium veniunt et contractum oretenus iudici proponunt, hic vero ſtatim per regiſtraturam rem conficit, omniaque vna cum ipſa confirmatione expedit, aut quando inſtrumentum a ſe ipſis iam litteris exaratum atque in ſcripturam redactum, forte etiam iam ſubſcriptum, iudici ad confirmandum afferunt hic vero mox addita confirmatione peractisque reliquis peragendis reddit, vtroque caſu nihil amplius accipiet, quam quae ipſi in tabula noſtra ſportularum hoc loco conſtituta ſunt. At vero, quando contrahentes iudicem rogant, vt emtionem in ordinem atque ſcripturam redigat, fortaſſis quoque exhibitis primis lineis, *dem kaufaufſatze*, et tunc confirmet, omniaque reliqua hoc loco enumerata expediat, non iniquum videbitur, ei pro ipſo illo venditionis inſtrumento, quicquam concedere. Saltim priori lege ſportularia de a. 1724. regnante, quamuis mandatum praeliminare §. 1. quicquam, in ea non expreſſum aut nominatum, iudici rogare haud permitteret, tamen ei tunc licebat pro duplici opera duplex ſalarium petere. Quae res deciſa eſt a Principe per reſcriptum ad praefectos Fran-

Frankenbergenſes d. 7. Nou. 1727. *Aus inliegender abſchrift iſt mit mehrern zu erſehen, was bey uns der rath zu Frankenberg, wegen derer, in unſerer ins land publicirten neuen tax-ordnung, enthaltenen und vorgeſchriebenen ſportuln und gerichts-gebühren, in einem und andern allerunterthänigſt vorgeſtellet, zugleich auch gebeten - - Jedoch können wir geſchehen laſſen, daſs für die verfertigung eines kaufcontracts, wenn ſolcher auf derer partheyen verlangen von den gerichten aufgeſetzet und eingerichtet würde, annoch eben ſo viel, als für die confirmation, gefordert und genommen werden dürfe;* et praefecto Coldicenſi d. 8. Sept. 1725. *Wir haben uns deinen, wegen derer, in unſerer neuen taxordnung, geordneten gerichts-und anderer gebühren, erſtatteten allerunterthänigſten bericht und inſerat vom 16. auguſt lezthin vortragen laſſen, und daraus verleſen hören, was du hierüber in einem und andern vorgeſtellet, zugleich auch mit gebeten. So viel nun den erſten punct ad Tit. I. ſub n. 15. anbetrifft, ſo können wir geſchehen laſſen, daſs vor einen kauf, wenn ſolcher gerichtlich angebracht, und im amte bey dir abgefaſſet und aufgeſetzet wird, noch einmal ſoviel, als ſonſten, beſage obiger nummer, für die confirmation paſſiren ſoll, gefordert und genommen, - - ingleichen ad n. 31. vor die verfertigung eines pachtcontracts eben ſo viel, als vor die confirmation etc. paſſiren ſollen.* Similia habet reſcriptum praefectis Wieſenburgenſibus d. 7. Nou. 1724. item adminiſtratoribus epiſcopatus Numburgenſis d 1. Febr. 1725. nec non praefecto Pirnenſi d. 11. Ian. ei. a. et Comiti de Hoymb tanquam domino Skoelenenſi d. 13. Aug. ei. a. data, quae ſingula, ne idem multoties legatur, deſcribere ſuperſedemus. Vnde et hodie idem licere ſuſpicamur, cum nulla ratio adſit diuerſitatis, potius nunc parcior adhuc compareat taxa, iudicis vero in regula non ſit, niſi contractum perfectum confirmare, non vt perficiatur, in auxilio eſſe, quapropter pari ratione Principem a. 1764 ad iudicem pagi Stoetterizii reſcripſiſſe audiuimus. Nihilominus, cum lex vniuerſalis adhuc deficiat, haec omnia ab arbitrio dicaſteriorum pendent, quae pro ratione rerum obuenientium has iudicum petitiones permittere aut reſtringere ſolent, quare menſe Sept. 1786. Ordo ICtorum Lipſienſium in

emtio-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0137-9

emtione atque venditione aedium coram ſenatu Sangerhuſano contracta, cuius cauſa hae ſportulae exigebantur, 3 *thlr.* 12 *gr. für weitläuftige und mühſame regiſtratur und regulirung des kaufs, als halb ſo viel, als für die Confirmation,* 7 *thlr. - - für ausfertigung und Confirmation, incl. verzicht, auflaſſung und bekennung der Lehn nach dem Kaufs Preis der* 2400 *thlr.*, illas ſportulas pro emtionis contractu in ordinem redigendo petitas reprobauit et in hunc modum ſenatui Sangerhuſano reſpondit:

*Als uns eine Liquidation geforderter gerichtsblühren ſamt einer frage zugeſchickt worden &c.*

*Demnach &c.*

*Hat Joh. Friedrich Schneeweiſs von Chriſtianen Eliſabeth Jahnin den gaſthof zu Sangerhauſen zur hohen tanne genannt für* 2400 *thlr. oder* 2742 *fl.* 18 *gr. erkaufet, und es ſind demſelben bey ſolcher gelegenheit an gerichtsblühren unter andern*

3 *thlr.* 12 *gr. für weitläuftige und mühſame Regiſtratur und Regulirung des kaufes, als halb ſo viel als für die Confirmation und*

7 *thlr. für ausfertigung und Confirmation incl. verzicht, auflaſſung, bekennung der Lehn, loſſagung des Mannes-genieſsbrauchs &c.*

*abgefordert worden, wobei*

*Ob käufer nur gedachte erſte poſt zu entrichten ſchuldig? von uns unterricht begehret wird.*

*Ob nun wohl angeführet werden will, daſs der Kauf-Contract vor der Confirmation nicht ſchriftlich beim Rathe zu Sangerhauſen übergeben worden ſei, ſondern erſt mühſam und weitläuftig regiſtriret werden müſſen, immaſsen ſelbiger im mundo zehn volle blat betrage, auch kein Zweifel obwaltet, daſs wenn die Contrahenten angeregten kauf von jemanden auſser dem iudicio ſchriftlich aufſetzen laſſen, und ihn alſo zur Confirmation eingereichet hätten, ſie die bemühung dafür be-*

*ſagten*

*beſagten verfertiger beſonders zu bezahlen verbunden geweſen wären, folglich daſs ein gleiches in anſehung deſſen, der den kauf vor gerichte mündlich regiſtriret, geſchehe, billig zu ſeyn ſcheinet, je weniger daſs dasjenige iudicium, für welches die confirmation eines unter contrahenten verabredeten kaufes oder einer hypothecariſchen verſchreibung auch lehnsreichung oder conſens-ertheilung gehöret, auch die diesfals vorher erforderlichen urkunden zu extendiren verpflichtet ſei, behauptet werden mag, mithin als ob allhier die erſte poſt an 3 thlr. 12 gr. beſonders bezahlet werden müſſe, dafür gehalten werden möchte;*

*Dennoch aber und dieweil in der unterm 20. Febr. 1764. ins land publicirten taxordnung tit. I. n. 15. ausdrücklich enthalten, daſs das, was daſelbſt an gerichtsgebühren nach dem verhältniſse der jedesmaligen kaufſumme feſtgeſezzet iſt, zuſammen für praeſentation, annehmung, verfertigung oder änderung auch confirmation eines geſchloſſenen kauf-contracts, mit einſchluſs der lehnsauflaſſung und anderer daſelbſt verzeichneten actuum, und überhaupt für alles das, was bey einen ſolchen kauf-contract unmittelbar verhandelt und uno actu in die gerichtsbücher verſchrieben wird, die einzige vormundſchafts beſtätigung ausgenommen, gegeben werden ſolle, woraus klar iſt, daſs, wenn beide contrahenten den unter ſich verabredeten kauf vor gerichte zur confirmation mündlich vortragen und regiſtriren laſſen, auch in verfolg deſſen ſothane beſtätigung, und was ſonſt dazu gehörig, geſchieht, ſolches alles pro uno actu zu achten, wie denn auch, wenn ſchon der richter nicht verbunden iſt, den kauf zuvor ſchriftlich zu entwerfen, und zu extendiren, gleichwohl, ſo wie ein jeder richter das, was ein oder der andere bey ihm anbringt und vor ihn gehörig iſt, zu regiſtriren verbunden, alſo auch der iudex rei ſitae einen ihm vorgetragenen kauf niederzuſchreiben auf verlangen ſich nicht entbrechen kann, und dahero, wenn er ſolches thut, etwas beſonders dafür zu verlangen nach dem inhalte vorberührter ſportul-taxe nicht berechtiget iſt, vielmehr in der contrahenten willkühr beruhet,*

*ruhet, ob ſie den kauf zuvorhero ſchriftlich vollziehen, und mundirt übergeben hierdurch aber dem richter das diesfalſige regiſtriren erſparen, oder ob ſie ſelbigen mündlich vortragen wollen;*

*So iſt Joh. Friedrich Schneeweis obberührte in der liquidation angeſezte erſte poſt an 3 thlr. 12 gr. zu entrichten nicht ſchuldig.*

*V. R. W.*

Mentionem fecimus primarum linearum emtionis, *der kaufaufſätze*, quae inprimis moris ſunt inter ruſticos ac fieri ſolent a iudice aut ſcabinis. At vero noli putare, contrahentes compelli poſſe, ad conſcribendas has lineas illis committendas, ſed, vtrum hoc velint, in arbitrio eſt poſitum, quemadmodum reſcripſit Potentiſſimus d. 16. Aug. 1727. ſenatui Freibergenſi: *Wir haben verleſen hören. - - Hiernächſt aber und vors 2te kann zwar denen gerichtsperſonen auf den dörffern die verfertigung derer kaufbriefe, als welche auf eine zu recht beſtändige weiſe abzufaſſen, und in einen förmlichen aufſatz zu bringen ſeyn, ſo ſchlechterdings nicht überlaſſen werden, noch weniger ſind auch die unterthanen, ſich dergleichen von denenſelben fertigen zu laſſen, darzu wider ihren willen anzuhalten; jedoch können diejenigen, welche ſich hierbey derer gerichtsperſonen bedienen wollen, denenſelben vor ihre mühe etwas zu entrichten ſich nicht entbrechen.*

Igitur, quando vel committunt, vel ſaltim patiuntur, id non ſolum non vituperabile eſt, ſed etiam praemium petere poſſunt, vel promiſſum exigere, quoniam haec opera non comprehenditur vno illo nummo, qui ſecundum tabulam ad n. 15. penditur; in quam rem Ordo noſter menſe Iulio 1768. interrogante praefecto Waldenburgenſi ſequentem ſententiam tulit. *Als uns acta I. M. S. und fol. — benandte conſ. kl. a. e. S. C. bekl. a. th. betr. ſ. e. fr. z. w. Demnach etc. daraus etc. Daſs, was den 2ten klagepunct anbelangt, beklr. der einnahme der bey gerichts-*

richts - handlungen denen gerichtsperſonen zukommenden gebühren ſo viel der klr. antheil betrifft, ſich hinführo zu enthalten, ſowohl von denen zeithero erhobenen die beym 3ten klagepunᴄte libellirten poſten, und zwar mitklagenden I. C. W. 13. gr. 6. pf. — G. P. 4. gr. 6. pf. und M. S. 9. gr. zu bezahlen, hingegen was die beym 4ten klagepunᴄt verlangten 21. gr. kaufsgebühren betrifft, nicht mehr als was inhalts der neuen taxordnung nach gröſse der kaufſumme denen gerichtsperſonen geordnet, nach abzug ſeines 5ten antheils denen klr. zu entrichten verbunden, immaſsen der letztern dieſsfalls auf mehrere kaufsgebühren gerichtetes ſuchen nicht ſtatt hat. Dieweil im übrigen beklr. auf die erhobene klage geantwortet und deren nicht allenthalben geſtändig, ſo iſt klr. den grund derſelben und ſoviel ihm daran verneinet, in ſächſ. friſt, bekl. den gegenbeweis eydes - del. und andere rechtlichen nothdurft vorbehältlich wie recht zu erweiſen verbunden, ferner darauf zu beſchehen w. r. i.

## Ratt.

O. w. in der neuen taxordnung de an. 1764. was bey gerichtlichen käufen denen gerichtsperſonen paſſiren ſoll, beſtimmt und in dem derſelben vorgeſetzten gnädigſten mandate, daſs darwider weder gewohnheit, worauf klre inſonderheit beym erſten klagepunᴄte ihr fundamentum agendi ſetzen, noch ſonſt irgend etwas zu attendiren vorgeſchrieben iſt, ſo auch beklr, fol. — exceptiue erinnert, hiernächſt dieſer den 3ten klagepunᴄt nicht pure eingeräumet, ſondern mitklagendem W. exceptionem compenſationis entgegen geſetzt, dann, daſs der 4te ſo wie der erſte zu entſcheiden, es ſich anſehen läſst. D. a. u. d. allhier hauptſächlich das, was für die verfertigung des kaufauffſatzes verdienet wird, in lite, welches als eine auſsergerichtliche und vor der confirmation vorhergehende handlung zu denen ad no. 15. der taxordnung erzählten aᴄtibus nicht zu rechnen, im übrigen bey gedachten erſten klagepunᴄte klgr. keinesweges etwas über die

*taxordnung fordern, noch ſolches thun zu können, auf eine gewohnheit ſich gründen, vielmehr blos, daſs bey käufen die contrahenten, auſser 6 gr. für den aufſatz annoch 21. gr. zu geben pflegen, anführen, und wenn ſolches geſchiehet, wie und in welche maſe ſodann das geld einzutheilen, auf ein herkommen ſich berufen, wie denn denen contrahenten aus guten willen ein mehreres zu entrichten, nirgends unterſaget; dahingegen die beym 4ten klagepuncte bekln. ſelbſt abgeforderten 21 gr., ſo weit ſie die taxordnung überſchreiten, hinfällig werden, mithin bekl. blos dieſsfalls, keinesweges aber beym erſten puncte die taxordnung für ſich anziehen kann, was aber die bey gedachten 4ten klagepuncte libellirten beſichtigungskoſten betrifft, beklr. die mitgeklagte eintheilung derſelben ad no. 5. der litis-conteſtatirn ins leugnen geſtellet, dahero auch diſsfalls auf beweis zu erkennen, und ob beklr. eine andere repartition auszuführen im ſtande abzuwarten; im gegentheil derſelbe beym 2ten und 3ten in denen hauptpuncten litem affirmative conteſtiret, auch fol. — daſs klgr. die ihnen zukommenden gebühren von denen intereſſenten ſelbſt einheben moegen, ſich erklaeret, endlich auch die fol. — opponirte exception, weil ſelbige auf das, worüber beym erſten klagepuncte annoch geſtritten und hinkünftig eroertert werden wird, ſich beziehet, keinesweges zu attendiren geweſen; im übrigen gegenwärtige ſache, welche inſonderheit ein praeſtandum perpetuum beym erſten klagepuncte betrifft, unter die geringfügigen nicht zu zählen; So iſt etc.*

Ceterum inter ea, quae hoc loco ſigillatim recenſentur eo conſilio, vt vno tamen nummo, pro ratione pretii fundi, compenſentur, non referenda, ſed ſeparatim ſoluenda ſunt ſequentia: a) 12 gr. pro recognitione contractus emti venditi, ſcilicet quando ea ſeparatim non inter ipſam confirmationem fit, alias impingeretur in legis verba *ſofort und vno actu.* b) 8 gr. pro inueſtitura noui poſſeſſoris, *lehnsreichung* (quod tamen intelligendum ſub ſimili conditione), atque c) 6. gr. pro *eintragung* h. e. pro deſcriptione, ſiue mundatione ac pro vidimatione (ſaluis copialibus) emtionis venditionis in publico iudicii libro contractuum, *in das gerichtshandelsbuch*, id quod non ſolum ſequens

n. 16,

no. 16. tabulae noſtrae oſtendit, ſed etiam admodum illuſtrari poteſt ex reſponſo Ordinis noſtri a iudice aliquo ſub ficto nomine Trophlini menſ. Sept. 1769. rogati, quod apponere non inutile viſum. *Auf die an uns gethane frage erachten wir. Will zweifel vorfallen: ob bey gerichtlichen käufen neben andern dafür zu entrichtenden gerichtsgebühren auch 12 gr. pro regiſtratura recognitionis des contracts, 8 gr. für die lehnsreichung und 6 gr. für die eintragung des kaufs ins handelsbuch, auch ſelbigen darinnen zu vidimiren, ohne verantwortung gefordert und genommen werden können? O. n. w. in der neuen taxordnung de a. 1764. n. 15. daſs für praeſentation, annehmung und übrige, daſelbſt erzählte, bey confirmation derer käufe vorfallende, expeditiones überhaupt und zuſammen für alles dasjenige, was beym kaufcontracte unmittelbar und vno actu verhandelt wird, nur ein gewiſſes nach dem betrage der kaufſumme genommen werden dürfe, deutlich vorgeſchrieben, daneben alle multiplicirung der ſportuln bey denen kaufcontracten und deren confirmation nachdrücklich unterſaget worden, mithin, daſs auch oben benannte drey actus darunter ſchlechterdings begriffen, es ſich anſehen läſſet, zumal, was den dritten anſatz betrifft, in der angezogenen ſtelle der ſportultaxe die worte: in die gerichtsbücher verſchrieben wird, zu befinden; D. a. u. d. unter denen in beſagten n. 15. erzählten actibus, für welche die ausgeworfenen, nach dem werthe des grundſtücks ſich richtenden, gebühren genommen werden ſollen, die lehnsreichung benebſt der eintragung des contracts in das gerichtshandelsbuch, desgleichen die recognition der unterſchrift nicht mit benennet ſind, und dahero in dubio um ſo viel weniger etwas dafür zu nehmen, für verboten zu achten, da dieſe actus annoch beſonders ad n. 16. 21. u. 71. in anſatz gebracht und das bey jeder poſt ausgeworfene dafür zu nehmen, erlaubet, nicht aber wie die übrigen ſub n. 15. benannten anſätze, wie aus gegeneinanderhaltung mit der vorigen ſportultaxe de an. 1724. zu erſehen, weggelaſſen, noch dabey, wie etwa bey n. 17. u. 18., einiger unterſchied gemacht worden, auch wenn unter jenen beſonders die lehnsempfängniſs mit begriffen ſeyn ſollte, deren, ſo wie der lehnauflaſſung ſonder zweifel würde mit gedacht worden ſeyn; über-*



*haupt*

*haupt angeregte neue taxordnung als lex correctoria ſtrictiſſime zu interpretiren; im übrigen die worte: was gleichſam vno actu in die gerichtsbücher verſchrieben wird, um deswillen nicht entgegen ſind, weil ſolche nur von bezahlung dererjenigen actuum reden, welche, wenn ſie zuförderſt verabhandelt worden, nachhero vno actu in denen gerichtsbüchern verſchrieben werden, nicht aber von dieſer eintragung ſelbſt, als welche nach bereits vollzogenen kaufe in abweſenheit der partheyen geſchiehet; dahingegen die recognition zwar ebenfalls ad n. 15. ausdrücklich nicht mit benennet, jedoch die gebühren dafür viel weiter unten und unter einen ganz andern titel, worinnen eigentlich von käufen nichts enthalten, gebracht worden, einfolglich es hierbey darauf, ob ſelbige zugleich bey gerichtlicher vortragung der letztern, oder zuvorhero durch einen beſondern actum geſchiehet, ankömmt, als in welchem letztern falle ſelbige unter n. 15. der ſporteltaxe nicht mit begriffen ſeyn würden,*

*So mögen die in der frage enthaltenen drey anſätze annoch über die in der ſporteltaxe ſub n. 15. geſezte gebühren, jedoch die 12 gr. pro recognitione des kaufcontracts anders nicht, als wenn dieſe noch vor der gerichtlichen vortragung des kaufes in einem beſondern und von dem kaufe unterſchiedenen actu geſchiehet, wohl gefordert und genommen werden.*

Antequam hunc locum relinquamus, haud abs re erit, ſententiae cuiusdam mentionem facere, quam Ordo noſter dedit menſe Octobri 1764. conſultus a praefecto Chemnicenſi, quippe qui laudabili conatu ſcire cupiebat, quaenam eae ſint ſportulae, quas iudex in confirmanda emtione venditione, praeter taxam hic n. 15. pro portione pretii poſitam, ſalua hac lege poſtulare poſſet?

Approbauimus vero inter reliqua ſequentia — 2 gr. — pro *beſtellung*, ſiue citatione orali contrahentium ad actum confirmationis; — 2 gr. — pro annotatione nouorum poſſeſſorum *in die zins-und dienſtregiſter;* — 12 gr. — pro conſtitutione trium curatorum; — 20 gr. — pro *lehns-*

*lehnsbekennung von 5 erben;* — 12. gr. — *vor den lehnſchein;* — 2 gr. — pro *mundirung*, nec non — 6 gr. — pro *eintragung deſſelben ins handelsbuch*, atque — 2 gr. — pro copialibus *darinnen*, porro pro decreto alienandi, quippe quod cum ipſo contractu emtionis vno actu nec perficitur, nec perfici iubetur, atque pro liquidatione; nec non — 2 gr. — *denen landgerichten bey ablegung der unterthanenpflicht*, atque — 6 gr. — pro regiſtratura *des anbringens* ſuper venditione contrahenda, cum ab initio ſeparatim facta eſſet.

Reprobauimus autem, quae petebantur pro *lehnsauflaſſung*, item pro *lehnsreichung*, tum quoniam ſeparato actu poſt perfectam demum confirmatamque emtionem fiebat, tum quia n. 20. tantummodo de inueſtitura omnium heredum ſimul facta loquitur, etſi allegaretur, ſub. n. 15. ſolam reſignationem inueſtiturae non novam inueſtituram inter ea, pro quibus nihil ſeparatim accipi debeat, nominari; porro pro *quittungsgebühren von denen bezahlten angeldern;* pro praeſentatione *des kaufs;* pro citatione ad actum confirmationis in ſcriptis facta, (nam aliud eſt, nuncium mittere contrahentibus, qui dicat, quando copia iudicis ſit futura, aliud, citationibus quaſi emiſſis ſolennem aliquem terminum, quo non opus, praefigere,) pro *aufſchlagung der handels- und kaufbücher;* pro extenſione ipſius documenti confirmationis; pro conſenſu iudiciali in hypothecam, quam venditor ſibi in ſecuritatem pretii non ſoluti reſeruat, (conf. infra ad n. 23.) nec non pro peculiaribus regiſtraturis vel ſuper ipſa facta confirmatione vel ſuper reſeruatis venditorum *der auszüge*, atque ſuper traditione inſtrumenti confirmatorii, emtori facta.

Plura vero, quam hic iudici adſcribuntur, nec ſub titulo laudemii minoris vel *ſchreibegebühren* aut *ſchreibeſchillings* accipere licet, id quod oſtendit Reſcriptum d. d. 6. Decbr. 1742 in Suppl. C. A. Tom. I. p. 491. Neque id domino iurisdictionis petere licet ſub fructuum iurisdictionis nomine, quippe cui duplex laudemium ſoluere iniquum foret. Cum igitur cuidam hoc petenti ſummus prouocationum ſenatus illud denegaſſet, Princeps id confirmauit ac neque ex lege ſportularia d. a. 1764. exigi poſſe

 de-

decreuit, per Reſcriptum, d. d. 19. Sept. 1764. quod videri poteſt in Suppl. C. A. Tom. I. p. 515.

Alia ſupereſt quaeſtio circa n. 15. tabulae noſtrae excutienda, ad quam hominum haud rara auaritia nos ducere videtur. Quemadmodum enim ſaepe fieri nouimus, vt emtores venditoresque, decipiendi domini directi cauſa circa laudemium, vilius emtionis pretium publice fingant, id, de quo vere inter eos conuenit, reticeant; ſic, idem propterea accidere poſſe, vt iudicii adminiſtrator, vel in ciuitatibus actuarii ſcribaeue parte ſportularum fraudentur, quis non videt? Aliud exemplum, quo eiusmodi ſportulae inique minui videntur, hoc eſt, quando emtor venditori quotannis alimenta aliudue reſeruatum, *auszug*, praeſtare promittit, cuius valore quatenus merces numerata pecunia conſiſtens creſcit, eatenus ſportulae pro confirmatione debitae decreſcunt. Vterque ſcrupulus iam vrſit praefectum Liebenwerdenſem, qui anno 1726. Principem interrogauit, num liceret praedium venditum reſtinguendae eiusmodi fraudis cauſa publice aeſtimare? Reiecit quidem Potentiſſimus poſtulatum, at vero, ſi reſeruatum inſit contractui, adhuc 6 groſſos ſolui permiſit, d. 13. Dec. 1726. ſic reſcribens: *Uns iſt euer unterthänigſter bericht vom 5. novembr. jüngſthin, benebenſt denen mit beygefügten ſechs anfrage-puncten, über einige von euch gemachten dubia bey unſerer emanirten neuen taxordnung gebührend vorgetragen und verleſen worden. So viel nun den 1ſten punct anbetrifft, ob nemlich nicht, wenn der landmann die güter, ſo wohl 3. bis 400. fl. werth wären, kaum für 80. bis 100 fl. anſchlüge und hingegen ſich einen ſtarken auszug dabei bedingete, ſolchenfalls die güther von denen gerichten, zu herausbringung des rechten oder doch eines billigen werthes derſelben, wornach ſodann die confirmations-gebühren zu rechnen wären, vorhero leidlich taxiret werden ſollten; So tragen wir zwar dieſem vorſchlage wegen der taxation ſtatt zu geben bedenken, können aber doch geſchehen laſſen, daſs, wenn in einem kaufe ein auszug verſchrieben wird, dafür überhaupt und ohne unterſchied, es ſey ſelbiger groſs oder klein, annoch ſechs groſchen paſſiren ſollen.* Id, quod et hodie licere putamus.

*ibid.*

*ibid. in fine* ad verb: *ſiegelgelder.*

Pecunia, quae pro ſigillo dari ſolet, hic primum nominatur, et quidem inter commoda iurisdictionis; competit ergo ipſi magiſtratui vel domino iurisdictionis; non in pagis adminiſtratori iuſtitiae, nec in oppidis actuario, id, quod dicitur ad no. 23. in fine tabulae noſtrae. Certiſſimum itaque eſt, circa hanc pecuniam petendam eos, qui olim ante annum 1724. id iuris habebant, at per legem ſportulariam de a. 1724. amiſerant, per hanc recentiorem nunc poſtliminio reſtitutos eſſe. Hoc ſolatium inprimis accidit multis oppidis, in quibus olim eiusmodi pecuniae partim ad ſalaria conſulum praetorumue pertinebant, partim ad ipſos ſumtus publicos erogandos accommodabantur. Quam cauſam etſi magiſtratus ad Principem referrent, fiſci ſui conſulumque ſortem dolentes, tamen hic iſto tempore nunquam ad reuocandam prohibitionem ſe commoueri paſſus eſt, recte putans, nullum aduerſus generalem legem privilegium dandum eſſe. Id inprimis patet ex reſcripto regio d. 13. Nouembr. 1724, circa ſenatum Zſchopauienſem ad praefectum Auguſtoburgenſem ſequentem in modum dato: *Aus inliegender abſchrift iſt mit mehrern zu erſehen, was bey uns bürgermeiſter und rath zu Zſchopau ſo wohl wegen derer ſiegelgebühren, welche als pars ſalarii dem regierenden bürgermeiſter und ſtadtrichter allda bey ausfertigung derer citationspatente im concurs, ingleichen derer citationen in partheyſachen, requiſitions - und andern auſſerhalb abgehenden ſchreiben, und dem, was ſonſten in proceſsſachen ausgefertiget würde, und mit dem gewöhnlichen ſtadt - oder gerichtsſiegel beſiegelt werden müſte, nicht weniger von curatoriis und tutoriis, geordnet wäre, und dem herkommen nach gebührete, daſs darvon in unſerer ins land publicirten neuen taxordnung nichts gedacht worden ſey, als auch ferner, daſs von uralten zeiten her gebräuchlich und eingeführet geweſen, bey ausfertigung derer geburthsbriefe vor das angehengte gröſſere ſtadtinſiegel über die gewöhnlichen gebühren, welche bisanhero niemals höher, als ſolche in angeregter neuen taxordnung enthalten, abgefordert worden, annoch 1. thlr. zu nehmen, ſolcher aber keinesweges dem bürgermeiſter zugekommen, ſondern als ein acceſſorium, dem gemeinen*

*weſen zum beſten, zur ſtadtrechnung gebracht, und verrechnet worden, die gemeinen ſiegelgebühren hingegen, von obbeſchriebenen ausfertigungen, und zwar an 2. groſchen, als ſo hoch auch ſolche in einem, von ehemaliger reviſionscommiſſion an. 1704. eingeholeten, und extractsweiſe mit beygefügten urthel moderiret worden, durchgehends dem regierenden bürgermeiſter und ſtadtrichter als ein accidens zu fordern, nachgelaſſen geweſen ſeyn, auſser welchen ſonſt ſelbige, weiln die ausfertigungen und ſchreibegebühren alleine dem ſtadtſchreiber und gerichtsactuario pro ſalario verblieben, weiter nichts zu genieſsen hätten, und wenn ſothane ſiegelgebühren ceſſiren ſollten, ſolchenfalls jene, bey ihrer ohnedem habenden geringen beſoldung, zu kurz kommen, und ihre mühe und aufwartung umſonſt ſeyn würde, der länge nach allerunterthänigſt vorgeſtellet, auch, wie ermelter rath um unſere verordnung an dich, zu fernerer paſſirung und einforderung ſothaner ſiegel-und anderer gebühren, zugleich allergehorſamſt gebethen. Wie wir aber ſolchen ſeinem ſuchen ſtatt zu geben, erhebliches bedenken tragen, alſo iſt hiermit unſer begehren, du wolleſt ſelbigen darmit abweiſen, und daſs er ſich ſchlechterdings mit dem, was in angezogener unſerer neuen taxordnung verordnet und geſezet worden, begnügen laſſen, und ſolche auf keinerley weiſe überſchreiten ſolle, ernſt-und nachdrücklich bedeuten.* Eandem ſortem tunc tulit ſenatus Pegauienſis d. 24 Nov. 1724. Belzigenſis d. 3. Ianuar. 1725. Schnebergenſis d. 10. Febr. atque Aumenſis d. 15. Iun. ei. a. denique Miſenenſis d. 8. Ian. 1729. quorum ſingulorum magiſtratuum preces de retinenda hac pecunia ſigilli fruſtraneae fuerunt. Soli eccleſiae Belzigenſi, quae ex antiquo more pro quolibet iudicii ſigillo duos groſſos acceperat, ipſi haud dubie fauore piae cauſae ſeruati ſunt. Simili modo Princeps ter, nempe d. 3. Iul. et 13. Aug. 1725. nec non d. 22. Iun. 1726. Comiti de Hoymb reſcripſit, vt interdiceret iudicio ſuo Skoelenſi, ex more hucusque ſeruato pro apponendo ſigillo quicquam poſtulare. Erant etiam alii iurisdictionis domini, qui a nouis poſſeſſoribus praediorum praeter conſuetum laudemium ita dictos ſigillorum thaleros, *ſiegelthaler*, exigere ſolebant. Sed et hoc reprimebatur, quod inter reliqua a Scabinis Lipſ. ter

anno

anno 1744, et ſemel anno 1750. factum eſſe, ſcimus. Similiter nec Scabini Lipſ. permiſerunt miniſtro iudicii 6. groſſos poſtulare pro ſigillo apponendo proclamatibus publicis in concurſu creditorum ad conuocandos vel emtores emiſſis m. Maio 1781. vel quoad atteſtata, litteraſue, quibus acta ad dicaſteria mittuntur. Interim hi vel magiſtratus aut vaſalli ex hac ipſis poſt legem ſportulariam d. a. 1724. nominatim facta denegatione, etſi tunc iniucunda, nunc id commodi ſentire poſſunt, vt in praeſenti eo faciliorem probationem huius iuris antiqui habeant. E contrario vero profecto errant vel ciuitates vel vaſalli, quando in ſola ſanctione legis noſtrae de reſtituendis his pecuniis fundamentum quaeſiuiſſe credunt, eas exigendi cauſa in actis enumerare (*liquidiren,*) aegreque ferunt, ſi dicaſteria eas non ſtatim pro indubitatis habent, ſed interdum conditionem poſtulandi addunt: *wenn dieſelben gegründet.*

*ad eund. no.* 15. verb: *vertheilung.*

Neque olim pro diſtributione pretii emtionis iudici quicquam accipere licebat, niſi pro regiſtratura ſuper facta aſſignatione, vt patet ex reſcripto iam allegato ad praefectos Wieſenburgenſes d. 7. Nou. 1724. En verba huc pertinentia: *Vor die diſtribution derer kaufgelder, wenn ſolche in dem kaufcontracte ſelbſt geſchehen, darf ſonſt weiter nichts, und da der verkäufer ſelbige nachgehends beſonders aſſignirte, auch ſolchenfalls ein mehreres nicht, als die ordentlichen gebühren für die regiſtratur gefordert werden.*

*ad no.* 17. *vor verſchreibung, rel.*

Quodſi plurium ſolutionum, quae vni perſonae diuerſis temporibus faciendae erant, vna vice coram iudicio fit confeſſio, iudex pro ſingulis accipit ea, quae in tabula ſportularum propoſita ſunt, ex reſcripto d. 8. Sept. 1725. ad praefectum Coldizenſem dato, verbis: *Wir können geſchehen laſſen, daſs ad no.* 17. *wenn unterſchiedene tagezeiten auf einmal bezahlet werden, die ſporteln nach dem quanto eines jeden termins abſonderlich liquidiret, und angeſezet werden mögen,* et latius ex ſequenti reſcripto

ad

ad praefectum Schwarzenbergenſem d. 12. Apr. 1728. *Wie nun quoad 1. unſere meynung allerdings dahin gerichtet, daß die tit 1. §. 17. nach dem unterſchied derer ſummen verwilligten 3 gr. 6. gr. 12. gr. und 1. rthl. von jedem betagten an-oder tagezeit-und-erbegelde beſonders, es möge nun deſſen abtragung zur beſtimmten zeit oder nachhero, wenn der ſchuldner hiervon vieles anwachſen läſſet, an mehreren zu unterſchiedenen zeiten nach und nach fällig gewordenen poſten, geſchehen.* Quodſi vero in aliqua ciuitate obſeruantia introductum ſit, vt minor ſumma a partibus exigatur, haec etiam retinenda erit ſecundum Reſcriptum d. 8. Iul. 1727. magiſtratui Coldizenſi datum, his verbis: *Bey uns hat ſich die gemeinde zu Seyphon beſchweret, da ſie vorhin von einer tagezeit einzeln mehr nicht als 2 gr. und von unterſchiedenen überhaupt 4 gr. löſch-und quittungsgebühren, zu entrichten gehabt, ihr zeithero von zweyen ihres mittels mehr genommen hättet, und dahero ſie bey dem angeführten herkommen zu ſchützen, um unſre verordnungen an euch gehorſamſt gebeten; nun ſind wir zwar deſſen, was diesfalls in unſrer neuen tax-ordnung geſetzet und vorgeſchrieben worden iſt, wohl erinnert, dabey es auch in ſo weit ſein bewenden hat; begehren aber doch zugleich hiermit, ihr wollet ſupplicirende gemeinde zu ungebühr nicht beſchweren. &c.*

Notandum etiam, quod hic quidem ſcabinis ruralibus aliquid haud ſit adſcriptum, vnde nec licitum iis videatur, quicquam pro aſſeſſura apochae factae poſtulare, ob verba Mandati praeliminaris d. 10. Ian. 1724. §. 10. At nihilominus ipſis conceſſum eſt, hoc caſu aliquid ex aequo et bono, pro ratione ſcilicet ſportularum ipſius iudicis accipere, id quod intelligitur ex ſequenti reſcripto ad dominum Wilsdrufii d. 6. May 1729. dato: *Wir haben aus dem von deinen gerichten zu Wilſsdruff unterm 2. dieſes monaths erſtatteten allergehorſamſten berichte verleſen gehöret, welchergeſtalt die gerichtsperſonen in Porſsdorf um beſcheid, was von ihnen an gebühren, bey verſchreibung eines termins oder angeldes in ihrer gegenwart an dem ſchreibe-oder gerichtstage gefordert und genommen werden dürfe, in denen hierbey wieder zurück kommenden actis fol. 6.*

*und*

*und 8. geziemend angeſuchet, und von ermeldeten gerichten dieſerhalben vorgeſtellt worden; worauf hiermit unſer begehren, du wolleſt von dem, was dafür in unſerer neuen taxordnung überhaupt angeſetzet, gedachten gerichtsperſonen jedesmal nach proportion etwas reichen und abgeben laſſen.*

*ad no.* 18. *vor eine verzicht, rel.*

*Verzicht* differt a ſimplici apocha et eſt confeſſio vniuerſalis de integro pretio ſoluto, quae fit plerumque poſt ſingulas ſolutiones particulares factas; vnde cum anno 1765. in oppido R. mercator quidam ante aliquot annos praedium hereditarium a coheredibus emiſſet, nunc vero eius venditores totius pecuniae ſolutionem confiteri in iudicio vellent, praefectus taxa ad no. 18. hic poſita ſic abuti intendebat, vt non ſolum ſportulas apochae, *quittungsgebühren* pro ſingulis fundis, ex quibus venditum praedium conſtabat, peteret, ſed etiam quoad quamlibet eiusmodi particularem ſolutionem ſportulas pro generali apocha, *verzichtsgebühren* poſtularet, ordo noſter de ea re quaeſitus eum in fines temperantiae reduxit atque ipſi nullas ſportulas exigere permiſit, quam a qualibet perſona, pro apocha particulari tantum, quantum ſecundum tabulam ſportulariam licet, praeter regiſtraturam ſuper ea apocha faciendam. Neque praeter hoc pro ipſa ſolutione pecuniae quidquam exigere poſſunt, vnde iudex, qui pro eiusmodi ſolutione octo groſſos petierat, eius rei ab Ordine ICtorum Lipſienſium repulſam tulit.

*ad no.* 19. *vor die auflaſſung, rel.*

Nota, feudo eccleſiaſtico alienato, *Kirchenlehn*, has ſportulas accipere adminiſtratorem eccleſiaſticum, *der kirchenvorſteher*, quamuis iurisdictio ſit penes Praefectum Principis, vti aliquando Scabinos Lipſienſes reſpondiſſe meminimus Eberleinio cuidam, adminiſtratori eccleſiae Friburgenſis m. Martio 1734.

*ad no* 20. verb. *geſamten lehn, rel.*

Quando heredes conueniunt in iudicio, vt omnes coniunctim inueſtituram accipiant, *die geſamte lehn*, iudex

poteſt

poteſt pro annotanda cuiuslibet comparitione, *das angeben zu regiſtriren,* conſuetum vnum groſſum, item pro conſtitutione curatorum nec non pro regiſtratura ipſius inueſtiturae tantum, quantum alias licet, poſcere, vt iudicauimus in ſententia iam memorata ad praefectum R. a. 1765. E contrario reiecimus petitionem pro atteſtato inueſtiturae, *geſamt lehnſchein,* quippe quod ſecundum no. 21. nonniſi in emtione venditione emtori, vbi mos receptus, accipere, nedum in alia ibi non nominata cauſa ab inuito exigere conceſſum. Quodſi vero plures coheredes in actu inueſtiturae ſimul pactum iudiciale ineant, quo de fundo in communione retinendo paciscuntur, illudque in ſcripturam redigi petant, idem poſcere poteſt iudex, quod in Tit. 11. no. 69. huius tabulae permiſſum eſt, id quodi reſponſum anno 1765. iuſtitiario Reichenbachenſi ab Ordine ICtorum Lipſienſium datum docet.

*Auf die an uns gethane frage erachten. &c. Haben zwey brüder zu Reichenbach von ihrem verſtorbenen bruder 15. beſondere grundſtücken ererbet, welche ſie in communione zu behalten ſich erklähret, und ihnen dahero ſolche von den ſtadt gerichten zu Reichenbach auf gedachte weiſe in lehn gegeben, auch darüber ein beſonderes document und erbverſchreibung ausgefertiget worden, es will aber wegen der dabey zu liquidirenden gerichts-gebühren*

> *ob auſer denjenigen 4 thlr. ſo ein jeder erbe für bekennung der geſammten lehn zu entrichten hat, auch noch 3 thlr. für die erbverſchreibung in communione und 12. gr. den gerichtsperſonen als beiſitzer-gebühren, ſo wie bei käuffen geſchieht, oder wie viel ſonſt gefordert werden möge?*

*zweifel vorfallen.*

*O. n. w. in der neuen taxordnung vom Jahr 1764. tit: I. ad no. 20. daſs bei empfangung der geſammten lehn an denen in einer erbſchaſt gehörigen grundſtücken jeder erbe für deren bekennung nicht mehr als 4 gr. zu entrichten habe, verſehen, auch, daſs ſothaner tax-ordnung unter*

*unter keinerley vorwand zuwider gelebet werden ſolle, in dem derſelben vorgeſezten Mandate klährlich verordnet, im gegentheil daſelbſt für die confirmation eines kaufs wenn der fundus, wie alhier die ererbten* 15. *grundſtücke, über* 500 *fl. werth iſt, mit einſchluſs der gerichtsperſonen* 3 *thlr.* 12 *gr. zu fordern nachgelaſſen iſt. D. a. u. d. allhier dem anführen nach nicht blos die bekennung der geſammten lehn, welche wenige mühe und zeit erfordert, ſondern auch überdem annoch eine beſondere gerichtliche erbverſchreibung vorgegangen, welches wort für nichts anders, als für eine unter beiden brüdern über die zuſammen ererbten* 15. *grundſtücke getroffene verabredung, und errichtetes pactum, ſo ſie dem richter zu gerichtl. confirmation vorgetragen und niederſchreiben laſſen, angenommen werden kann, kraft deſſen ſie ſich gegen einander, angeregte grundſtücke vor der hand in communione zu behalten, verbindlich gemachet, mithin die darüber von dem iudicio erfolgte ausfertigung, oder, wie es in der frage genennet wird, erbverſchreibung, ein von der geſammten lehnsreichung unterſchiedener beſonderer actus iſt, dahero denn, und wenn ſchon ſelbiger keineswegs unter die käufe zu rechnen, dennoch nicht unbillig zu denen confirmationibus der vor gerichte geſchloſſenen handlungen und contracte, von welchen beſagte tax-ordnung tit. II. ad no.* 69. *redet, gezählt werden mag, bei dem allen aber, daſs eine dergleichen erbverſchreibung von denen intereſſenten ausdrücklich verlanget worden, zum voraus zuſetzen.*

*So mögen dafür auſser denen* 4 *gr. für bekennung eines jeden geſammten lehn zwar nicht* 3 *thlr.* 12 *gr. für die gerichtsperſonen, wie bei käuffen, wohl aber, wenn beide brüder die ausfertigung der erbverſchreibung verlanget, die in der neuen tax-ordnung tit: II. ad no.* 69. *nach unterſchied der fälle nachgelaſſenen gebühren gefordert werden.*

*V. R. W.*

*ad no.* 21. verb. *lehnſcheine.*

Num ſuper bonis allodialibus recognitiones, *lehnſcheine*, dare liceat, ante a. 1764. dubitatum, quia in tabula de

de a. 1. 1724. hoc ſportularum genus omiſſum, nouas autem ſpecies inuenire Mandato praeliminari §. 1. omnino vetitum erat. Idem confirmatur reſcripto regio ad praefectum Pirnenſem dato d. 11. Ian. 1725. *Wir haben aus deinem wegen abforderung derer gebühren, welche im amte bey dir für einen lehnſchein, anſtatt eines kaufbriefes, zeithero gegeben worden, erſtatteten anderweiten allerunterthänigſten berichte von 4ten dieſes monats, verleſen hören, wie es darmit bewannt ſeye, und was du darneben zugleich gebeten. Wie wir aber, daſs für die ausfertigung eines dergleichen lehnſcheines oder lehnbriefes fernerhin etwas genommen, und bezahlet werden ſolle, zu verſtatten, nicht gemeynet, ſondern dieſsfals und ſonſten, bey unſerer neuen taxordnung es lediglich bewendet.* Nunc autem 12. groſſos accipere licet, ſalua vel maiori vel minori ſumma per conſuetudinem recepta, vid. tab. de a. 1764. ad h. n. At quaeritur de ipſo inſtrumento inueſtiturae, *lehnbriefen*, quae etiam interdum ſuper feudis allodialibus ex obſeruantia dari ſolent. At nec haec hodie iudici deneganda videtur, cum nec olim ipſis, quamuis in tabula haud nominatis, carere deberet; de qua re vide reſcriptum ad praefectum Belzigenſem miſſum d. 10. Febr. 1725. *Wir haben uns deinen allerunterthänigſten bericht vom 30. iannuar curr. ann. behörig vortragen laſſen, und daraus verleſen hören, was du ſowohl wegen derer gebühren vor fertigung derer lehnbriefe, welche ſonſt im amte bey dir nach proportion der lehnwahre angeſezet worden, als auch anderer bey unſerer neuen taxordnung entſtandenen zweifel halber, mit anführung ein und des andern umſtandes hierüber allerunterthänigſt vorgeſtellet und gebethen. Wie wir nun geſchehen laſſen können, daſs vor fertigung derer lehnbriefe, ſo viel als vor die conformationes der käufe in ermelter taxordnung geordnet, gefordert und bezahlet genommen werden möge; als haſt du dich darnach zu achten.*

*ad no. 23. vor die ausfertigung eines conſenſes.*

Quaeritur, an praeter has ſportulas iudex etiam quicquam exigere poſſit, quando partes ipſam mutui obligationem coram iudicio contrahunt? In Reſcripto quidem ſaepius

pius laudato d. 8. Sept. 1725. ad praefectum Coldicenſem miſſo, viſum eſt Principi, ſatis eſſe, ſi iudici adhuc tres groſſi pro regiſtratura concederentur. Nihilominus autem alio d. 13. Dec. 1726. ad praefectum Libenwerdenſem dato, permiſit, vt eo caſu dimidium accipiat taxae pro ipſo conſenſu in tabula ſportularum ſcriptae, vt ex ſequentibus videre licet: *wir können geſchehen laſſen, daſs bey dem 2ten punkte, über num. 23. in angezogener unſerer neuen taxordnung, da vor die ertheilung eines conſenſes in verpfändungsſachen ſchon etwas gewiſſes conſtituiret worden, wenn der debitor die obligation zugleich für dem amte fertigen läſſet, dafür auch noch die helfte von dem, was vor den conſens gegeben wird, gefordert werden möge.* Quod cur hodie non amplius locum habere debeat, vix ratio inſpici poterit; praeſertim quum hoc caſu adeo pro regiſtratura ſuper hac partium voluntate conficienda, tres groſſi iure petantur ex Reſcripto d. 8. Sept. 1725. ad praefectum Coldizenſem dato. *Nicht weniger ſollen ad no. 23., wenn bei ertheilung eines conſenſes zugleich eine gerichtliche ſchuldverſchreibung gefertiget wird, die 3 gr. regiſtraturgebühren paſſiren dürfen.*

Ceterum quando hypotheca non conſtituitur, ſed ſolummodo reſeruatur, ſoluuntur nonniſi 3. gr. *ibidem: Wie dann auch der gerichtsverwalter ad 2. vor eine regiſtratur wegen reſeruation der hypothec, wenn dergleichen verlanget wird, ein mehreres nicht, als 3 gr. zu nehmen befugt, immaſsen das eintragen in das conſensbuch dem gerichtsverwalter gehöret.*

*ad no. 24. vor einen generalcautionſchein.*

Totidem ſoluitur pro qualibet cautione iuratoria, vti reſcriptum a Sanctiori conſilio adminiſtratoribus epiſcopatus Numburgenſis d. 1. Febr. 1725. *ad 6. vor beſtellung einer eydlichen caution dieienigen 12 gr. ſo ſub no. 24. vor einen generalcautionſchein angeſezet, zu liquidiren ſind.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0155-9

*ibidem*, ad verba: *es darf aber — auſser denen Copialien.*

Hoc intellige de omnibus contractibus, qui maioris fidei cauſa libris publicis inſcribuntur, ſcilicet, vt pro hac ipſa inſertione vel inſcriptione praeter copiales nihil omnino debeatur, vt noſcitur ex reſcripto regio, cuius iam aliquoties mentio facta, praefectis Wieſenburgenſibus dato d. 7. Nov. 1724. *Auf gleiche maaſse ſoll es auch mit dem eintragen derer erbtheilungen, ſchenkungen, transacten und anderer dergleichen handlungen in das gerichtsbuch, nach anleitung deſſen, ſo wegen derer conſenſe in der taxordnung ſub no. 24. verordnet, jederzeit alſo gehalten werden.* In omnibus aliis negotiis autem, praeter inſcriptionem contractuum in libros publicos, pro collatione atque vidimus hos 6. groſſos petere prohibuit Scabinatus Lipſienſis m. Maio. 1781.

*ad no. 26. vor caſſation eines conſenſes, rel.*

Haec ſtrictiſſime intelligenda ſunt de ipſa caſſatione, eiusque in libro contractuum annotatione, quapropter aliquando Ordo noſter iudici pro regiſtratura ſuper antecedente petitione, de facienda hac annullatione adhuc 6. groſſos petenti, eos denegauit, et pro mundatione, ac vidimatione in dicto libro contractuum nihil omnino deberi, poſſe tamen in tabula ſcriptos hos octo groſſos, ratione ſingularum confeſſionum particularium *von jedem termingelde* peti, iudicauit a. 1765. interrogante Praefecto R. Neque praeter hos octo groſſos iudex poſtulare poteſt, vt ſibi adhuc duo groſſi ſoluantur pro euolutione inſtrumenti emtionis venditionis ob conſenſum annullandum, vti aliquando iudicauit Facultas iuridica Lipſienſis.

Nec, quod hic de caſſatione conſenſus dictum, applicari poteſt ad reuocationem teſtamenti, a teſtatore factam, pro cuius regiſtratura nonniſi tres groſſos accipere licet, ſecundum reſcriptum d. 1. Febr. 1725. ad regimen capituli Numburgenſis, no. 5, Suppl. C. A. T. I. p. 483.

*ad no. 28. vor annahme, verwahrung, rel.*

Haec ita intelligenda ſunt, vt totidem pro rata etiam minoris ſummae, quam centum florenorum, ſoluta detrahi permittatur, vt iudicarunt Scabini Lipſienſes interrogante iudice z. Neutaubenheim m. Febr. 1740.

Ante aliquot annos quaeſtio acriter in collegio ICtorum Lipſienſium tractata eſt, vtrum Notario, cui, inuentarium hereditatis conficienti, heredes inſimul mandauerant, actiua communia recipere et vsque ad diſtributionem inter coheredes faciendam cuſtodire, liceret, ſportulas hic ſub no. 28. conceſſas petere. Ab initio credebatur notario obſtare, quod depoſitum ſeu ſequeſtrum iudiciale proprie ſit pecunia concredita iudici, qui iurisdictione gaudeat, vel a litigantibus vel ab ementibus res in concurſum publice propoſitas, et quod Notario, qui pro integri diei labore ſalarium accipiat, praeter hoc nihil debeatur, vid. infr. ad no. 58. &. 59. Sed vicit tandem ſententia pro notario, ita vt, conſiderato inprimis periculo, quod per cuſtodiam ſubibat, aequum duxerit Ordo, etſi illum cum iudice publico in hac cauſa non comparare liceat, tamen ipſi pro quibuslibet mille thaleris dimidium decernere.

*ad no. 31. vor confirmation eines pachtcontracts rel.*

Quoad confectionem ipſius inſtrumenti contractus eadem eſt ratio, ac ſupra ad no. 15. de emtione venditione dictum, vt patet ex reſcripto ibidem adducto, nec non donationis, tranſactionis ac reliquorum contractuum, quo pertinent verba reſcripti d. 17. Mart. 1725. praefecto Vitebergenſi dati: *Wir können geſchehen laſſen, daſs 5. wenn donationes, käufe, verträge, und andre handlungen auf verlangen ſchriftlich aufgeſetzet werden, dafür noch eben ſo viel, als für die confirmationes derſelben in der taxordnung angeſetzet werden möge.*

*ad no. 36. bey taxation eines grundſtücks, rel.*

Hic diſcrimen tenendum inter fundos cohaerentes, hoc eſt praedium cum fundis eo pertinentibus, *das gut*

 *mit*

*mit pertinenzſtücken*, atque fundos, quorum quilibet ſeparatim vendi ſolet, *walzende grundſtücke*. Quando pretium totius praedii eruendum eſt per taxam iudicialem, tunc quamuis ſingulorum agrorum aeſtimatio ſeorſim fiat, tamen omnium pretium computatur ad definiendam ſportulae quantitatem; v. g, ſi domus aeſtimatur ſexcentis thaleris, hortus quinquaginta, vnus agrorum centum, alter octuaginta, tertius nonaginta, aeſtimatores accipiunt ſecundum totam ſummam 18. groſſos, minime vero diuiſione per ſingula pretia facta duos thaleros cum 18. groſſis. Quando vero fundi ſinguli per ſe ac ſeparatim ſunt vendibiles, aeſtimatio quoque ſingulorum ſeorſim remuneratur. Diverſitatis ratio eſt, quoniam hic aeſtimatio diuiſa neceſſaria eſt ad vendendum, illic iniuſta ſeparatio tantum ob aeſtimatorum lucrum ſuſcipitur, ſingulis aeſtimationibus mox in ipſa venditione connumeratis. Sic ſolet in Facultate Iuridica Lipſ. iudicari. Diſtinguendum etiam hoc loco inter iudicia ciuilia et militaria, quibus vnus thalerus pro taxatione iudiciali ſoluitur.

*ad no. 37. vor taxation beweglicher grundſtücke, rel.*

Modo dicta et hic obſeruanda ſunt, quod inprimis obuenire poteſt tum in hereditatibus diuidundis, tum forte in inventariis praediorum aeſtimandis. Etenim vnusquisque videt, iniquum atque adeo ridiculum fore, ſi in vtraque taxatione aeſtimator pro cuiuslibet vel pecoris, vel rei mobilis taxatione, cuius pretium ad centum florenos haud adſcendit, 12. groſſos, pro rerum vltra aſcendentium vero 18. groſſos poſtulare velit, quarum ſportularum connumeratarum ſumma ingens creſceret; verum ſportula aeſtimationis omnibus inuentarii hereditatisque rebus mobilibus ſeque mouentibus ſimul ſumtis, ſecundum proportionem in tabula hoc loco poſita ſoluenda erit; qualem ſententiam etiam tulit Facultas noſtra academiae Lipſienſi m. Iul. 1745.

*ad no. 41. vor die notification, rel.*

Haec intelligenda ſunt de ſingulis partibus. Sic enim dicit Reſcriptum ſaepe laudatum d. 8. Sept. 1725. ad praefectos Coldizenſes: *wir können quoad no. 41. geſchehen laſſen,*

*laſſen, daſs die notificationsgebühren von beyden theilen paſſiren dürfen.*

*ad no.* 43. *vor einen bericht, rel.*

Hoc loco quoque diſtinguendum eſt inter iudicia militaria et pagana. In illis enim pro eiusmodi Apoſtolis 12. groſſos liquidare permiſſum.

*ad no.* 44. *vor einen bericht, rel.*

Similiter apoſtoli etiam tum gratis expediuntur, quando bona huc vsque deſerta coli coeperunt, per Generale d. 14. Sept. 1725. Supp. C. A. T. I. p. 519.

De reliquo iudices ſaepius aliis etiam in cauſis tenentur omnino gratis expedire. Vt enim cauſas pauperum taceamus, de quibus lex iudiciaria ad tit. I. §. 12. praecipit, etiam ſequentes vel electorales vel alii fiſci priuilegio, vt inprimis in Concurſibus creditorum absque ſportulis litigent, vtuntur, ſcilicet 1) camera, quod magis perpetua obſeruantia, quam diſerta lege nititur. Idem priuilegium obtinuit 2) fiſcus acciſae rebus conſumtibilibus impoſitae per Mandatum d. 3. Apr. 1755. Suppl. C. A. T. II. p. 1032. verbis: *es ſind hinkünftig bey vorfallenden oder bereits anhängigen concurſen, worinnen unſere generalacciſe mit viel oder wenig betragenden forderungen intereſſiret iſt, in anſehung derſelben einige gerichtsgebühren nicht anzuſetzen, ſondern dieſelben, gleichwie ratione unſrer cammerangelegenheiten herkommens, ex officio zu übertragen.* Secutus eſt 3) ante aliquod annos ſupremus fiſcus militaris, *die generalkriegskaſſe*; ex reſcripto ad dicaſteria dato d. 14. Febr. 1788. quod quoniam plerisque incognitum eſt, apponere liceat. *Nach der uns beſchenen anzeige hat ſich zeithero der fall mehrmahln ereignet, daſs unſerer generalkriegskaſſe und der einen theil davon ausmachenden invalidenkaſſe bey vorgefallenen proceſſen oder andern rechtlichen angelegenheiten, gleich denen privatis die bezahlung der gerichtsſporteln und der gebrauch des ſtempelpappiers angeſonnen worden: Nachdem aber unſer fiſcus militaris, wenn derſelbe bey procesſſachen oder andern gerichtlichen*

 vor-

*vorfallenheiten zu concurriren hat, mit abforderung einiger ſporteln, ingleichen mit dem gebrauch des ſtempelpappiers gänzlich zu verſchonen iſt; als laſſen wir euch ſolches zu eurer nachricht und nachachtung unverhalten ſeyn.* Tandem 4) eodem hoc ſingulari priuilegio iam ante plures annos ornata eſt academia Lipſienſis, aut potius hac occaſione omnis pia cauſa per litteras patentes d. 28. May 1716. clementiſſime conceſſas, C. A. T. I. p. 947. quibus non ſolum omnes iudices ac magiſtratus iubentur dictae academiae in exigendis cenſibus reſiduis de ſortibus ac ſtipendiis olim ad ſuſtentandam academiam deſtinatis parata executione auxilium ferre, ſed etiam in fauorem eius omniumque piarum cauſarum haec verba adduntur: *immaſsen dergleichen* (*der univerſität Leipzig*) *und aller piarum cauſarum ſtiftungs-capitalia und zinsreſte, da ſie bey erregten concurſen mit liquidiret werden müſsten, von abſtattung der ſporteln und andern gerichtsgebühren kraft dieſs frey ſeyn, und nichts deshalber abgefordert werden ſoll.* Porro 5) notandum ſecundum regulas, quae d. 7. Ian. 1764. ſub titulo *oberamtsanweiſung* iis datae ſunt, qui in officio metallifodinarum ſunt, omnia ea gratis peragenda eſſe, quicquid vel fiſcos atque metalla principalia *landesherrl. caſſen und gebäude,* vel pias cauſas, vel ipſam fodinarum ſtructuram concernat vel denique publice ſciri interſit. Praeterea etiam gratis a iudicibus expedienda eſt 6) cura in Actis bene ordinandis, quo pertinet officium, ea inſcribendi, conſuendi, foliis diſtinguendi et ſententias in rubro annotandi; cf. F. A. HOMMEL *diſſ. de his, quae ex officio ab Actuar. exped.* §. 16. nec non repertorium praemittendi officium, de quo agunt Mandata d. 9. Nov. 1747., d. 18. Sept. 1748. et Generale d. 30. Apr. 1783. §. 20. eaque omnia gratis fieri, dictis locis atque Mandato tabulae ſportulariae praemiſſo, d. d. 10. Ian. 1724. §. 2. iubentur. Simili modo peccant iudices 7) quando, oblato ipſis hoc vel illo ſcripto, quid facere ſibi placeat, decernunt, et pro hac reſolutione, quam vocant, praemium ſibi adſcribunt, id, quod itidem prohibitum allegato Mandato d. 10. Ian. 1724. §. 2. verbis: *vor faſſung einer reſolution,* vnde hoc non applicandum videtur ad ea exempla, quando interdum vtile ac opus ſit, ſingulares cauſas, quae iudicem ad eiusmodi placitum impulerunt, allegare, pro qua regiſtratura tres pluresue

groſſos

groſſos accipere nuſpiam prohibitum; at vero 3. groſſos pro ſola regiſtratura reſolutionis circa datam probationis dilationem ex ſportularum catalogo dimittendos putavit Ordo ICtorum menſe Ianuario 1789. Denique 8) circa cauſas pupillorum varia gratis expedienda ſunt, quorum pleraque iam ſuperius ad no. 11. ſq. occupauimus, nunc vero addimus apochas, tutoribus circa quotannis redditas rationes dandas nec non relationes ipſarum rationum in librum huic rei deſtinatum, *in das vormundſchaftsbuch*, inſerendas, vt patet ex tabula ſportularia noſtra Tit. I. ad no. 11. cf. HOMMEL *l. c. §.* 21. *et Ord. Sax. tut. c.* 17. *§.* 19.

*ad eund: no.* 44. verb: *in ſteuerſachen.*

Ea, quae hic de relationibus in cauſis ſteurarum dicta ſunt, ſuppleri debent ex tabula ſportularum receptoribus ſteurarum ao. 1773. praeſcripta; quippe qui pro relatione circa tributa aedium ruinoſarum recens extructarum minuenda 4. aut 6. groſſos, pro aliis vero rationibus moderationem ſuadentibus 16. groſſos, in reliquis denique cauſis ad rem ſteuralem pertinentibus 1. thlr. vel plures etiam pro indagationis magnitudine et difficultate accipiunt.

*ad no.* 45. *wenn rügengerichte, rel.*

Diſtingue *rügengerichte* et *gerichtstäge;* hinc in reſcripto, d. 23. Dec. 1726. praefectis Liebenwerdenſibus miſſo, haec leguntur: *Was in der taxordnung bey no.* 45. *vor die rügengerichte geordnet, iſt mit denen gerichtstägen nicht zu vermengen.* Sunt profecto quam maxime diuerſa. Hi enim eiusmodi ſunt dies, quos, qui mandatam iurisdictionem habet, indicit, vt iis ius dicat, quique ex lege iudiciaria repetitae praelectionis ad tit. II. §. 4. tempore ſeminis terrae mandandi aut meſſium prohibentur, quod poſterius tamen de terminis varii generis inter partes litigantes durante lite inſtituendis haud intelligendum eſt.

Iudicia autem denunciatoria, vti iſta *rügengerichte* etiam vocantur, de quibus G. H. MYLIVS a. 1737. doctam diſputationem ſcripſit, ſunt genus iudiciorum quaſi

de ſimplici et plano, quae vel quotannis ſtatis diebus vel quandocunque iudici iurisdictionis lubet, hoc praeſente habentur a iudice pagano eum in finem, vt leuiuſcula peccata aut contra politiam, publicosue mores aut contra vniuerſitatis iura, aut in cauſis iniuriarum aliisque leuiusculis ei, qui iurisdictionem exercet, oretenus proponantur, ad eas decidendas, atque concordiam publicam conſeruandam. Originem traxiſſe videntur a forma veteri iudiciorum germanicorum criminalium, quibuscum quodammodo conſpirant. Vocantur quoque *iahrgerichte*, vt in pagis praepoſiturae magnae in academia noſtra.

In his igitur iudiciis denunciatoriis, plerumque in ipſo loco habendis, *bey hegung derſelben*, cum aliquando in praefectura Coldizenſi quaereretur, vtrum, praeter ſportulas hic expreſſas, etiam receptos hucusque pro victu et itinere ſumtus accipere liceret, facta ſuper ea re Principis interrogatione, id negatum, atque reſcripto ſaepe allegato, d. 8 Sept. 1725. ſic reſponſum eſt: Ad no. 45. *paſſiret nur die vor die expedition bey denen dingeſtühlen vor die ſpeiſung und trank zuſammen verordnete 2. thaler, keineswegs aber darneben die ſonſt täglich vor roſs- und fuhrlohn zur auslöſung noch genoſſenen 1. thaler 9. groſchen;* quod eo minus mirandum, dum in ſportularum tabula ipſae vniuerſitates iudices ſuos ad haec iudicia vehere aut vecturam iis procurare iubentur.

Meliorem ſortem breui mox tulerunt actuarius, iudex paganus et ſcabini in praefectura Rochlizenſi, quorum iſti pro victu quotidie 16. illi 12. et horum ſingulis 6. denique praefecturae famulo 8. groſſos ſequens reſcriptum conceſſit d. 20. Oct. 1725.: *Rath, liebe getreue. Uns iſt aus deinem, des amtmanns, erſtatteten alleruntertHänigſten berichte vom 26. ſept. letzhin vorgetragen worden, was du wegen derer gebühren, bey hegung derer dingegerichte im amte bey euch wie auch für die ſpeiſung vor dich, den ambtmann, actuarium, landrichter, landſchöppen, und amtsfrohnen, weil darvon zum theil in unſerer neuen taxordnung nichts enthalten wäre, und ſonſten mit mehrern vorgeſtellet und angeführet haſt; es iſt auch dieſerhalber der ambtslandrichter Michael Köhler, mit hierbey befindlichen ſupplicate*

*eben-*

*ebenfalls allergehorſamſt einkommen. Nun wir es denn, ſo viel die in ermelter taxordnung ſub no. 45. für einen beambten angeſezten gebühren an täglich 1 thlr. wie auch vor die ſpeiſung und trank überhaupt an gleichfalls 1. thlr. anbetrift, darbey lediglich bewenden laſſen, übrigens aber, iedoch ohne conſequenz und geſtallten ſachen nach, daſs dem amtsactuario täglich 16. groſchen, dem landrichter 12. groſchen, denen beeden landſchöppen zuſammen 12. groſchen, und dem amtsfrohn 8. gr. paſſiret, und gereichet werden mögen, geſchehen laſſen können, als iſt hiermit unſer begehren, ihr wollet euch darnach behörig achten, und das nöthige hierzu verfügen.* Pari modo quoad pagum Voigtiae Schrebiz actuario praefecturae Miſenenſis quotidie 16. iudici pagano 12. ac ſingulis ſcabinis itidem 6. groſſi dati ſunt, vi litterarum principalium d. 11. Dec. 1725. ad adminiſtratorem ſcholae Miſenenſis ſcriptarum, quae ſic ſe habent: *Uns iſt aus deinem allerunterthänigſten berichte vom 3ten dieſes monats vorgetragen und verleſen worden, was du wegen des in der gerichtsvogtey zu Schrebiz zeithero alle iahre gehaltenen ſogenannten gerichts-oder ſchreibetages, und derer dabey vor die auslöſung überhaupt, excluſive derer ſpecificirten reiſegebühren, für dich, den ſchulverwalter ſelbſten, wie auch dem ſchulſchreiber oder actuario, ingleichen dem gerichtsvoigte, und denen gerichtsperſonen täglich paſſirten und vormahls geordneten gebühren, und ſonſten mit mehrern vorgeſtellet, und hierüber angeführet haſt. Wie wir nun, ſo viel ermeldten ſchreibe-oder gerichtstag an-und für ſich ſelbſten anbetrift, ſolchen alle drey iahre nur einmal gehalten wiſſen wollen; und hiernächſt es auch bey denen in unſerer neuen taxordnung ſub no. 45. für einen beamten angeſezten gebühren, an täglich einen thaler für dich, wie auch vor die ſpeiſung und trank überhaupt gleichmäſsig auf einen jeden tag an nur einen thaler, ſchlechterdinges und lediglich bewenden, im übrigen aber geſtalten ſachen nach, iedoch ohne conſequenz geſchehen laſſen können, daſs dem ſchulſchreiber oder actuario täglich 16. gr., dem gerichtsvoigte 12 gr. und denen gerichtsperſonen zuſammen 12 gr. paſſiret und gereichet werden mögen; alſo iſt hiermit unſer begehren, du wolleſt dich hiernach allenthalben gebührend achten uud das hierzu nöthige verfügen, übrigens aber berührter unſerer neuen*

*taxordnung in allen ſtücken behörig und genau nachkommen.*

*ad no. 46. wenn reiſen in bürgerlichen oder peinlichen, rel.*

Sub voce *auslöſung* intelliguntur nonniſi ſumtus ab iter faciente in proprium victum ac domicilium erogandi, excluſo eo, quod in ipſam vecturam et reliquum iter impenditur, etſi illi interdum cum eo, quod pro ipſo itinere debetur, *reiſegebühren*, coniunguntur, vt fit in taxa ſportularia Advocatorum ad no. 25.

Saepius quaeſtio incidit, vtrum iudiciorum patrimonialium in pagis adminiſtratores, quando non ibidem, verum in proxima aliqua vrbe habitant, proficiſcentes aut ad ſtatos indictosue dies iudiciales, *gerichtstäge*, aut ad hunc vel illum in litibus neceſſarium terminum, aut denique ad aliam incidentem expeditionem ſumtus vel itineris vel victus repetere poſſint? At vero regula ſeruata negando reſponderi debet, et ita quotidie iudicatur. Etenim qui vaſallus iurisdictione patrimoniali praedii in feudum dati a Principe ornatus eſt, eam in hoc ipſo praedio, haud alibi, exercere tenetur, vnde ſua ſponte fluit, ipſum curare debere, vt in eodem praedio eae perſonae inueniantur, quae ad iurisdictionem adminiſtraudam iudiciumque conſtituendum ſecundum leges requiruntur, quapropter vt is, cui iurisdictio demandatur, nec non iudex paganus et ſcabini in loco iurisdictionis perpetuo verſentur, omnino opus eſt; et graue foret, ſubditos propter iudicis abſentiam et commodius domicilium pluribus expenſis ſeu ſportulis onerare; G. H. MYLIVS *in diſſ.* cui tit. eſt, *Actuarius peccans in taxam ſportul.* §. 13. Ex hoc igitur manifeſtum eſt, perſonas iudicii, quae non in loco iudicii habitant, in actibus iudicialibus ſecundum regulam nec impenſas victus nec quicquam pro via ac itinere, *oder auſlöſung, reiſegebühren*, poſtulare poſſe, cuius rei cauſa reſcriptum quoque eiusdem tenoris d. 1. Febr. 1725. ad regimen Cizenſe datum laudatus MYLIVS affert.

Idem

Idem iuris eſt quoad Luſatiam ſuperiorem, vbi Mandato tabulae ſportulariae d. 20. Febr. 1768. praemiſſo §. 7. diſerte ſancitur: adminiſtratoribus iurisdictionis in pagis non habitantibus haud licere a ſubditis ob iter faciendum ſportulas, *reiſe-und meilengebühren*, exigere, neque ipſos vecturam ipſam ad locum iudicii poſtulare a ſubditis poſſe; unde colligere licet, eandem prohibitionem etiam in criminalibus ratione itineris ad locum iudicii ſubeundi extendendam eſſe.

Nihilominus tamen variae huius rei notandae ſunt exceptiones. Et *primo* quidem, ſi alicubi mos ac inueterata conſuetudo ita ferat, vt ſubditi iuris accipiendi cauſa ad proximam vrbem et adminiſtratoris domicilium ire teneantur, quemadmodum v. g. receptum eſſe ſcimus tum apud ſenatum tum apud academiam Lipſienſem, cuius rei ea ſequela eſt, vt, quando forte actuario extra ordinem cuiuscunque actus iudicialis cauſa in rem preſentem proficiſcendum ſit, ſine dubio ſumtus itineris nec non cibi potusque deſiderare poſſit. Eadem eſt ratio praefectorum electoralium, quippe quos notum eſt ius dicere non in pagis, ſed in domo praefecturae deſtinata.

*Altera* exceptio non minus cernitur in praefecturis quoad ſcabinos paganos, *landſchöppen*, qui plerumque habitant in ſingulis pagis, praefecturae ſubiectis, politiae ibi curandae atque in mores ſubditorum inſpiciendi cauſa. Hi ergo quandocunque vocantur ad praefecturam, vt plenum, ſi opus, iudicium conſtituant, aliquas pro hoc itinere impenſas, nempe quantum hic ad no. 45. determinatum reperitur, vel dimidii floreni vel 8. groſſorum poſtulare queunt. Quo loco tamen notandum, hanc conuocationem a praefectis ſolummodo ore vel per nuncium eſſe faciendam, non autem ea de re ſingulis caſibus peculiares citationes vel indictiones eſſe emittendas, id quod pro immodico ſportularum augmento haberi ſolet, in expenſarum moderatione ſemper detrahendo; vnde ſaepius ita pronunciari meminimus: *Es ſind auch hinführo die amtslandſchöppen zur beſetzung der gerichtsbank keineswegs durch ſchriftliche ladungen, ſondern bloſs mündlich zu beſtellen.*

*Tertia*

*Tertia* notanda eſt exceptio, quando adminiſtrator iudicii habitat quidem, vt decet, in ipſius iurisdictionis patrimonialis eiusque domini ſede, at vero haec iurisdictio ita eſt comparata, vt plures pagos complectatur, quorum incolis incumbat, ad iſtam domini iurisdictionalis ſedem iuris audiendi cauſa, *den gerichts- oder dingenſtuhl*, confugere. Quoſi itaque his reliquorum pagorum incolis aliquid eueniat, ad quod in ipſa ſua domo ſuisue in agris iudice opus ſit, v. g. teſtamentum ab aegroto recipiendum, aut damni fatalis per tempeſtatem facti, aut in laeſo vulneris aut loci litigioſi inſpectio, finiumue examinatio, vel teſtium in re praeſenti examinatio, durum profecto videretur, iudicem cogere, vt propriis ſumtibus ex ſede iudicii conſueta ad locum, vbi eius praeſentia requiritur, proficiscatur; id, quod etiam ad Praefectos eorumque Actuarios extendi ſolet.

Quid? quod *quarto* in omnibus actibus *voluntariae iurisdictionis*, ad quos adminiſtrator quilibet extra pagum habitans, ſigillatim requiſitus ad iudicium proficiscitur, ſumtus itineris petere non prohibetur, vti patet ex reſcripto miſſo ſingulis dicaſteriis d. 12. Apr. 1728. ſequentis tenoris: *Demnach die unterthänigſte anfrage geſchehen, ob von einem gerichtsverwalter die in unſerer neuen taxordnung no. 46 geordneten reiſegebühren in dem falle, da er extra ordinem, und auſser denen ordentlichen gerichtstagen, einer ſache halber ad locum iudicii reiſen muſs, gefordert, und genommen werden können? und denn unſere meynung dahin gerichtet, daſs auſser denen in ſothaner taxordnung exprimirten und denenjenigen fällen, wenn er zur aufrichtung eines teſtaments oder zu einem andern actu voluntariae iurisdictionis abſonderlich erſuchet oder erfordert wird, demſelben dergleichen keineswegs paſſiret werden ſollen. cf. Suppl. C. A. T. I. p.* 486.

*Vltima* exemtio pertinet ad Notarios, qui interdum in iudiciis criminalibus ipſis adminiſtratoribus, eo munere deſtitutis, adiunguntur. Iſti igitur ſumtus itineris accipere haud prohibentur, atque adeo hoc in Luſatiae ſuperioris lege ſportularia in cauſis criminalibus d. 11. Dec. 1752. ſcripta, diſerte permiſſum inuenitur, vbi ſub titulo *notariat- und andere gebühren* ſtatim ab initio haec verba leguntur;

tur: *vor die verpflichtung eines notarii zu verführung der inquiſition — excluſiue des meilengeldes und pferdes.*

*ad eund. no.* 46. verb: *ueber roſs-und fuhrlohn, zur auslöſung, rel.*

Praeter hos ipſos itineris victusque ſumtus Praefecti in itinere commorantes nihil omnino petere poſſunt, adeoque nec ſub titulo *der meilengebühren*, vt patet ex reſcripto d. 1. Febr. 1725. ad regimen Capituli Numburgenſis miſſo huius tenoris: *Ad no. 4. iſt no. 46. was denen beamten über roſs-und fuhrlohn an auslöſung entrichtet werden ſoll, verordnet, und können darüber noch abſonderlich reiſe-oder meilengebühren nicht gefordert werden. cf. Suppl. C. A. T. I. p.* 483. id quod circa actuarios, in reſcripto d. 8. Sept. 1725. ad praefectum Co[illegible]enſem dato, confirmatur.

*ad eund. no.* 46. verb: *denen adelichen und hochgraduirten, rel.*

His aequiparantur conſiliarii principis, vt elucet ex reſcripti d. 8. Sept. 1725. ad praefectum Tennſtadienſem, qui tunc regi Poloniarum a conſiliis commiſſionum erat, dati ſequentibus verbis: *Wir können geſchehen laſſen, daſs euch als unſerm rathe und doctori bey denen reiſen, ſo ihr in denen euch aufgetragenen commiſſionen zu verrichten habet, die in der neuen tax-ordnung ſub no. 46. vor graduirte perſonen ausgeſetzten zwey thaler zur täglichen auslöſung paſſiret werden mögen und ſollen.* Similiter reſcripſit Princeps d. 27. Mart. d. a. Praefecto Vitebergenſi, eodem titulo honoris praedito: *Wie nun wir geſchehen laſſen wollen, daſs von denen bey euch in commiſſionsſachen vorfallenden reiſen in angeregter tax-ordnung no. 46. dieſsfalls denen adelichen und hochgraduirten commiſſariis zur auslöſung täglich verwilligte 2 thlr. gleichergeſtalt gefordert und genommen werden mögen.*

*ad eund. no.* 46. verb: *Commiſſariis.*

Notandum hoc loco, Commiſſariis, qua talibus, et quando in ipſo domicilii loco expediunt, nec iter faciunt, nullas competere expenſas, *commiſſionsgebühren* dictas. Quodſi

Quodſi vero hoc vel illud iter faciendum eſt, accipient 1) quicquid vere erogatur pro locandis equis ac vehiculo 2) certam ſummam diurnam, vt poſſint quotidie ſibi victum potumque nec non hoſpitium comparare, quae hic conſtituta eſt in ſingulos dies pro modo perſonarum. Vtrumque differt inter ſe. Poſterius vocatur *tägliche auslöſung*, eaque data ceſſant omnia alimenta naturalia, niſi vltro doni loco offerantur. Quapropter memini aliquando non immerito coram Principe praefectum aliquem accuſatum fuiſſe, qui cum Praepoſitum Circuli, res praefecturae reuidentem, per aliquot dies admodum laute hoſpitio exceperat, ad indemnitatem ſibi comparandam ſubditis pagorum contributiones indicebat. Sumtus autem itineris ceſſant, ipſis equis ad vehendum ſuppeditatis, vbi tamen moris eſt Superintendentibus, ſi proprio vehiculo vehantur, pro eius vſu, et quia alias alienum conducere opus foret, aliquid modici inter expenſas referre; id quod etiam praefectis et ſimilibus perſonis permittendum videtur. Praeter haec duo pecuniae genera Commiſſarii nihil omnino poſtulare poſſunt, neque ſub alio neque ſub titulo *der commiſſionsgebühren*, de quibus altum eſt in tabula noſtra ſilentium, neque ſub nomine *der meilengebühren*, quod patet ex Reſcripto ab Electoris Saxoniae ſanctiore conſilio dato, ſupra allegato. Huc etiam pertinet pars reſcripti aliquoties adducti d. d. 8. Sept. 1725. ad praefectum Coldizenſem: *Gleichwie auch ad no. 46. dem amtsactuario bey vorfallenden reiſen in bürgerlichen und peinlichen ſachen ein mehreres nicht, als nach der taxordnung, die ihme täglich geſetzten 12 gr. paſſiren ſollen.* Vnde fluit, ſi praeter regulam eiusmodi commiſſarii domi remanentes, forte ob damnum, quod inde patiuntur, aliis laboribus poſthabitis, *verſäumniſs*, aut aliis ex cauſis ſingulis durante commiſſione diebus quicquam accipere aequum putent, eos excuſſis rationibus id peculiariter petere debere, vnde F. I. L. menſe Octobri 1772. ad Commiſſarios in vrbe Cizenſi ſententiae, in hanc rem latae, has rationes addidit: *im übrigen ſo viel die von denen Commiſſariis liquidirten commiſſionsgebühren betrifft, der in der taxordnung ad no. 46. zum vorausgeſetzte fall nicht obwaltet, am wenigſten der rath auſser denen beſonders angeſchriebenen aſſeſſurgebühren dergleichen verlangen kann, jedoch daſs der erſte commiſſarius nach proportion der denen gehaltenen ver-*

*verhören beſchehenen beywohnung eine entſchädigung erhalte, nicht unbillig.* Ob eandem rationem aliquando cauſa cadebant praefecti, quorum alter commiſſarius ad hereditatem aliquam inter cohaeredes diuidendam, alter ad crimen perſonae honoratioris inueſtigandum deputatus, praeter ſportulas iudiciales etiam peculiares quotidianas *commiſſionsgebühren* ſine ſpeciali ratione petebat. Nec ferebant Scabini Lipſ., cum alio tempore praefectus, cui commiſſa erat cauſa concurſus creditorum nobilis cuiusdam, pro ipſa opera, quam in praedio locando, perſona conductoris eligenda, colloquendo cum eo, ipſum in rem praeſentem deducendo, fundoque tradendo conſumſerat, quicquam meruiſſe crederet, potius eum praeter neceſſariarum regiſtraturarum, hinc inde factarum, mercedem, atque itineris diaetarumque ſumtus nihil deſiderare poſſe putabant; quamuis ego, vt praeterea etiam inſtrumentum locationis conductionis, quisquis eius auctor fiat, gratis conficiatur, absque iniquitate poſtulari non poſſe, putem.

At nonne forte pro aſſeſſura quicquam ac totidem, quod reliqui iudicii aſſeſſores, accipient? Nec hoc nobis omnino ſtatuendum videtur. Etenim commiſſarii, qui a committente integro alicui iudicio vel alii negotio dirigendo perficiendoque praepoſiti ſunt, non poterunt inter aſſeſſores connumerari, niſi forte eatenus, quatenus eorum praeſentia iuſtum perſonarum iudicialium numerum ſupplet, v. g. in cauſis criminalibus; ergo nec aliter quam in caſu modo dicto commodis aſſeſſorum frui poſſunt.

*ad eund. no.* 46. *roſs- und fuhrlohn nicht übermäſsig, rel.*

Quando, quemadmodum ſupra dictum, non ipſi equi ſuppeditantur, ſumtus itineris, quantum fieri poteſt, modice impendi debent, pro perſona et dignitate quidem iter facientis, at non ſplendide. Vnde nobis non videtur praefectis atque iis, qui praeter nobilitatem doctoriſue gradum nihil habent, quo illucescant, quiue his aequiparantur, licere ad itinera facienda curſu poſtarum, niſi alia vehicula deficiant, maiore cum ſumtu vti; id quod e contrario licere videtur

tur commiſſariis, illuſtri loco poſitis, quippe quorum dignitas id exigere cenſetur.

Ceterum dictae quotidianae diaetae duorum thalerorum, nobilibus atque doctoribus conſtitutae, augentur vsque ad quatuor florenos miſnicos quoad receptores ſteurarum circuli publicos, qui ſunt ex gente nobili, in eiusmodi cauſis iter facientes; vt videri poteſt ex lege ſportularum ao. 1773. iis lata, qui circa res ſteurales verſantur, tit. I. no. 1.

*ad no. 47. wenn in handels- und andern gerichtsbüchern, rel.*

Caue exiſtimes, hoc applicari poſſe ad ipſas lites controuerſas, quando iudex ab vna alteraue parte rogatur Acta vel alia documenta edere. Quae enim in hoc titulo primo tabulae noſtrae ſcripta leguntur, non pertinent ad actus contentioſae iurisdictionis, quo certius eſt, a quolibet ſiue aduerſario ſive iudice editionem a ſe petitam, gratis peragendam eſſe.

*ad no. 48. vor ein ſchriftliches atteſt, rel.*

Quando ad eiusmodi atteſtatum conficiendum opus eſt, vt iudex prius in hanc vel illam rem inquirat, ſibique cognitionem compareat, pro eiusmodi inueſtigatione adhuc tres groſſos ſibi dari, merito poſtulabit, vt indicant ſequentia verba reſcripti ſaepius laudati, d. 17. Mart. 1725. ad praefectum Vitebergenſem: *Es mögen hiernächſt, wenn vor ertheilung atteſtate und in andern gerichtshändeln die erkundigung einiger umſtände nöthig, für jede dieſerwegen gefertigte regiſtratur 3 gr. angeſetzt werden.* Neque ſilentio praetereundum, quod iudici militari pro eiusmodi Atteſtato 12. groſſi concedi ſolent.

*ad no. 49. copiales, rel.*

In his vniuscuiusque paginae verſiculis numerandis nec dicaſteria nec ipſa ſuprema collegia adeo anxie laborare ſolent;

ſolent; modo, qui verſantur in iudiciis, ſcribae ea conniuentia non abutantur. Hoc enim quando fieri ex Actis conſpicimus, ſaepe fit, vt etiam huius rei ratio in moderandis expenſis habeatur. Singularis eiusmodi abuſus aliquando cernebatur, dum ſcriba, permittente praefecto, dimidiam tantum latitudinem vniuscuiusque paginae ſcribendo compleuerat, reliqua parte vacua relicta.

## Ad Titvlvm II.

### *Von denen actibus voluntariae iurisdictionis,*

*ad no. 52. vor die errichtung eines ſyndicats, rel.*

Cum nuper menſe Maio 1789. apud nos ſportulae ſenatus Chemnizenſis pro inſtrumento ſyndicatus temperandae eſſent, in ea re ratio huius legis noſtrae ſic habita eſt, vt, quoniam hic de ipſius tantum ſyndicatus actu, h. e. iis, quae eueniunt in ipſa conſtitutione atque circa contractum mandati inter vniuerſitatem et ſyndicos celebratum, ſermo, atque pecunia hic nominata huic ſoli actui definita ſit, viderentur illa, quae hunc antecedunt, ab ipſo eo ſeparanda eſſe; vnde permiſimus petere conſuetas ſportulas pro citatione ſingulorum membrorum vniuerſitatis, quam vocant in forma patente, eiusque inſinuatione ac relatione ſecundum modum infra ad no. 82. 89. et 90. praeſcriptum. Sed non permiſimus pro annotandis comparentium nominibus, *das angeben zu regiſtriren.* Simili ratione iudicauimus m. Auguſto 1789. interrogante ſenatu Grimmenſi.

*ad no. 53. vor ausfertigung einer gerichtlichen vollmacht.*

Peccat iudex, qui hos octo groſſos et tunc exigit, quando in lite coram eo ventilata vnus vel alter litigantium de ratihabendis factis aduocati ſui cauet, nam aliud eſt

eiusmodi ratihabitio, aliud, quod hic vocatur, *die ausfertigung einer gerichtlichen vollmacht.*

*ad no.* 54. *vor einen lezten willen.*

Omnia ea, quae hoc loco de vltimis voluntatibus dicta ſunt, etiam ad venditionem Geradae atque Heergewettae applicanda ſunt, vti ſaepius iudicauit Ordo ICtorum Lipſienſum.

*ad no.* 55. *vor annehmung eines übergebenen ſchriftlichen teſtaments, rel.*

Si teſtator, reſpuens teſtamenti factionem ore proferendam, malit in ſcriptis teſtari, iudicemque roget, prius aperta ipſi voluntate ſua, vt teſtamentum in ordinem redigat atque poſt ſubſcriptione a ſe facta recipiat, debetur ipſi adhuc totidem, quantum hic loci ſumere permittitur, id quod etiam obtinet in donationibus atque, vt ſupra annotauimus ad no. 15., in emtionibus. Teſtes euocamus reſcripta regia, vnum d. 24. Ian. 1725. ad praefectum Pegauienſem: *Wir laſſen dir hiermit auf deinen allerunterthänigſten bericht vom* 17. *Ianuarii letzthin, und die darinnen gethane anfrage wegen derer gebühren für die teſtamente, donationes, und käufe, welche im amte bey dir, wenig ſchriftlich übergeben, ſondern von denen bauersleuten nur mündlich angebracht und darüber in unterſchiedenen punkten regiſtraturen von einem bis zwey bogen gefertiget würden, in Unſerer neuen taxordnung aber hiervon nichts enthalten wäre, zur reſolution unverhalten ſeyn, wie daſs Wir geſchehen laſſen können, daſs, wenn ſolcherley käufe, teſtamente und donationes im amte bey dir auf verlangen und dem herkommen nach ſchriftlich aufgeſetzet und abgefaſſet worden, dafür noch einmal ſo viel, als für die confirmationes derer käufe, in angeregter taxordnung geordnet worden, gefordert und bezahlt genommen werden mögen. Wornach du dich alſo gebührend zu achten, im übrigen aber dieſe letztere allenthalben genau zu beobachten haſt, etc.* alterum d. 13. Aug. ei. anni ad Comitem de Hoym: *Wir können geſchehen laſſen, daſs, wenn in denen gerichten bey euch, käufe, teſtamente, und donationes, auf verlangen ſchrift-*

*ſchriftlich aufgeſetzet und abgefaſſet werden, dafür noch einmal ſo viel, als für die confirmationes derer käufe in angeregter taxordnung geordnet worden, gefordert und bezahlet genommen werden möge und dürfe*, vbi per ſe patet, ea, quae hic de ſportulis venditionum dicuntur, quae variae ſunt pro modo pretii, mentem principis quoad teſtamenta eam fuiſſe, vt in memorata ſpecie iudex tantundem petere poſſit, quantum pro inſinuatione ſcripti teſtamenti accipere licet.

Ceterum pro reuocatione teſtamenti apud acta inſinuati, et retraditione teſtatori facta nonniſi tres groſſi accipiuntur, vt monetur regimen Cizenſe per reſcriptum Supremi Conſilii Electoralis, iam aliquoties memorati, d. d. 1. Febr. 1725. his verbis: *Da ein zurückgenommenes teſtament eben keine caſſation gebrauchet, auch nicht allemal zu dem ende, daſs es caſſiret werden ſolle, zurückgenommen wird, dannenhero dasjenige, was wegen caſſation derer conſenſe ſub no. 26. enthalten, dahin nicht zu appliciren, alſo bleibet es auch lediglich hierinnen bey denen vor eine regiſtratur ordentlich geſetzten 3 gr.*

### *ad no.* 58. *et* 59. *pro obſignatione, rel. vor die reſignation, rel.*

Cum menſe Auguſto 1773. praefectus L. hereditatem ſubditi cuiusdam obſignaſſet, eamque mox reſignatione facta in inuentarium publicum redigeret, ſingulas res eo pertinentes conſcribendo, atque in hoc 30. dierum opere ſecuritatis cauſa conſultum videretur, ſub finem ſingulorum diurnorum laborum res hereditarias interim ſub ſigillum praefecturae reuocare, idque ſub initium cuiuslibet inſequentis diei iterum, vt inuentarii confectio continuari poſſit, reſoluere, Scabini Lipſienſes non paſſi ſunt pro ſingulorum dierum noua reſignatione et obſignatione interimiſtica eam ſummam exigere, quae in tabula noſtra ſub his numeris definita eſt, verum ita ſententiam tulerunt: *Von denen angeſetzten gerichtsgebühren ſind die fol. — neuerlich verzeichneten, da die in der verbeſſerten taxordnung ad. no.* 58 *und* 59. *befindlichen gebühren für die obſignation und reſignation*

*einer erbſchaft überhaupt, nicht aber, wie gleich darauf ad no. 60. wegen inventirung einer verlaſſenſchaft auf jeden tag inſonderheit, dafür geordnet, auch die der obſignation und reſignation halber mit gefertigten regiſtraturen bereits in der vorhin moderirten fol. — begriffen ſind, und allenfalls für die aufzeichnung dieſer handlungen nur etwas weniges paſſiret, auf 5 thlr. 9 gr. 11 pf. zu mäſsigen.*

Idem fere abuſus ſaepenumero in Notariis animaduerti ſolet; cum tamen cogitare debeant, ſe, quando pro labore integrorum dierum ſtatum ſalarium accipiunt, absque iniquitate poſtulare non poſſe, vt ſingulorum laborum eiusdem diei praemium accipiant. Hinc fit, vt pro reſoluendo ſub initium ac finem vniuscuiusque diei, pro requirendis quotidie teſtibus, pro conſcriptione taxae ſingularum rerum, pro arceſſendis taxatoribus, adportandis, vt in inventarium referantur, rebus mobilibus, perlegendis inſtrumentis quoad immobilia, numeranda pecunia et ſimilibus laboribus, nihil ſigillatim exigi permittatur.

*ad no. 60. vor inventirung rel.*

Praeter hoc 12 groſſos non alii 12 groſſi pro regiſtratura eiusque ſubſcriptione exigi poſſunt, in quam rem iudicatum eſt ab Ordine ICtorum Lipſienſum menſe Iulio 1789, ad praefectum Waldenburgenſem. Iudici militari vero permiſſum eſt pro inventario, quod duo folia non excedit, Imperialem exigere, teſte HOFFMANNO in Codice leg. militar. p. 863.

*ad no. 65. et 66. von einer gerichtlich geſchehenen donation, ſchenkung auf dem todesfall, rel.*

Si iudex rogatu donatoris ipſam donationem in ordinem atque ſcripturam redigit, idem dicendum eſt, quod ſupra ad no. 15. ac 55. retulimus. Notandum quoque, iudicem, qui ad conficiendum confirmandumque emtionis venditionis, circa res vtenſiles aut expeditorias factae, contractum, partes

partes adire rogatur easdem ſportulas petere poſſe, quarum exactio ad no. 54. quoad teſtamenta hoc caſu permiſſa eſt, vti reſcriptum eſt anno 1725. ad praefectum Coldizenſem. Ceterum, quoad hanc Geradae atque Heergewettae venditionem neque hoc praetermittendum, quod, quando pretium ſummam 150 florenorum complectitur, pro eius confirmatione, et extenſione documenti vnus Imperialis exigi poteſt; quamuis enim in lege ſportularia quantitas pecuniae aliter dedeterminata eſt, illa tamen obſeruantia ex no. 65. tabulae noſtrae ducitur, vbi pro donationibus Geradae haec ſumma petenda conceditur. Quum enim in omnibus rerum vtenſilium venditionibus pretium fictum eſſe ſoleat, omnes ii contractus pro donationibus palliatis reputantur, atque ita pro iis maior ſumma, quam quae ſportularum tabula definita eſt, poſtulatur.

*ad no.* 69. verb: *wenn ſie aber*.

Haec verba ad vtramque ſpeciem referenda ſunt, tam ad ciues quam ad ruſticos.

*ad no.* 71. verb: *ausfertigung*.

Ex hoc verbo patet, iudicem eum prauitatis ſportulariae non immerito reum dici, qui pro qualibet regiſtratura ſuper recognitione nominis vel documenti in iudicio facta 12. groſſos rogat, id, quod ſaepius fieri videmus. Potius hos aliter poſtulare non poteſt, niſi ſimul ipſe ſuper iſta recognitione facta ſingulare inſtrumentum ſigillo iudiciali munitum conficiat et ei, qui indiget, tradat, quod vocatur, *eine ausfertigung*.

## Ad Titvlvm III.

### *Von denen bey der iurisdictione contentioſa und in proceſsen vorkommenden expeditionibus.*

#### *ad no.* 72. verb. *klage zu regiſtriren.*

Ab eiusmodi regiſtratura, qua actor intentionem ſuam ſeu libellum oretenus profert, differt regiſtratura, qua non niſi termini praefixio rogatur, pro qua ſoluuntur 3. groſſi, vti reſcripſit olim Rex potentiſſimus praefecto Belzigenſi d. 20. Ian. 1725. *Uebrigens auch, und vors 2. können wir geſchehen laſſen, daſs wenn mündlich um termin angehalten und deswegen eine regiſtratur gefertigt wird, dafür, gleichwie in unſerer neuen tax-ordnung, ſub. no. 92. et 111. enthalten, ebenfalls drey groſchen gefordert und genommen werden mögen.*

#### *ad. no.* 73. verb. *mündliche ladung.*

Solent iudices, inprimis magiſtratus vrbium atque praefecti ſingulis diebus faſtis plures perſonas per nuncium ore vocare, vt, quae vel in rebus ciuilibus vel criminialibus agenda ſunt, unum poſt alterum pro tribunali ſedentes peragant. Quod, quamquam per ſe non reprehendendum eſt, tamen monentur reſcripto regio, d. 25. Iul. 1727. ſenatui Mitweydenſi dato, ne citatorum numerus maior ſit facultati rerum uno die agendarum, utque omnis dilatio fruſtranea in ſequentes dies evitetur, his verbis: — *So viel das* 1. *und* 2. gravamen *anbetrift, daſs nemlich ermeldter ſtadtſchreiber aus allen kleinigkeiten weitläuftige proceſse machete, und zu einem tage und zu einer zeit ſechs und mehrere partheyen, wovon öfters kaum eine beſchieden werden könnte, vorforderte, und wenn ſie ſich zum andern und wohl dritten mahle, wieder ſtellen müſsten, an ſtatt des einen verhörs, deren ſich hernachmals zwey bis dreye bezahlen lieſſe, und alſo unbilliger weiſe die ſportuln nur vermehret, und die leute von ihrer nahrung und gewerb vergeblich ab- und aufgehalten würden; So iſt hiermit unſer begehren, ihr wollet ſowohl beſagten ſtadtſchreiber alles ernſtes bedeuten,*

*als auch eueres ortes ſelbſten darauf ſcharfe aufſicht mit haben, daſs denen proceſſen, ſo viel nur immer möglich, in der kürze abgeholfen, und dieſsfals keine unnöthige weitläuftigkeit verſtattet, noch weniger ſelber veranlaſſet und verurſachet werden möge. Hiernächſt auch der ſtadtſchreiber nicht mehr partheyen, als in einer, oder ſo viel ſachen nur, als deren füglich expediret werden könnten, auf einmal und zuſammen vorfordern, und da auch ſelbigen tages darinnen nichts vorginge, oder ausgemachet würde, dafür denen leuten nichts abfordern, hingegen aber auch die expedition zu rechter früher tageszeit angefangen und vorgenommen werden ſolle.*

Idem vero etiam reſcriptum expreſſis verbis iubet, ne in litibus a corporibus opificum ventilatis ſingula eorum membra oretenus citentur, potius primo ſolum illius corporis in ius vocatio inſinuetur, teſte Mylio in diſſ. alleg. §. 14.

*ad eund. no.* 73.

Solet plerumque, praecipue in cauſis minutis reus ter oretenus citari, quod, multis in iudiciis receptum, negari non poteſt, haud levem citationis abuſum praebere. At non opus hac trina citatione, ſatis potius eſt una in ius vocatio, comminatione comparitionis addita, quo caſu tamen nuncius duos groſſos accipiet vti docemur reſcripto ad ſupremum iudicem Islebienſem d. d. 3. Ian. 1728. — *Was bey uns die ſämmtlichen viertelsmeiſter zu Eisleben, wegen derer, in unſerer neuen tax-ordnung, geſezten gebühren, daſs nemlich für eine mündliche ladung und vorforderung derer partheyen, vor jede perſon, auſſer des gerichtsdieners gebühr, ein groſchen, und dem gerichts-knechte vor das mündliche fordern ebenfalls ein groſchen gegeben werden ſollte, hierdurch aber, wenn die erforderten vors erſte und anderemal nicht erſchienen, und zu wiederholten mahlen vorgeladen werden müſſen, jene leztern auſser ihrem ſonſt habenden guten verdienſte, um ſo viel mehr bekommen, worüber auch wohl gar zumal in geringen ſachen die klaegere davon abgehalten werden würden, und was deme ſonſt weiter anhängig, allerunterthänigſt vorgeſtellet, und zugleich*

*gleich gebeten haben, ſolches erſehet ihr aus dem innſchluſse mit mehrern. Allermaaſsen wir nun, warum in jeder geringen ſache eben drey forderungen nöthig, und die erſtere nicht ſogleich bey der gewöhnlichen verwarnung geſchehen könne, nicht befinden; Als iſt hiermit unſer begehren, ihr wollet den rath zu ermeldten Eisleben, daſs er ſich darnach achte, hinführo es hierunter alſo halte, ſolches auch zum voraus der bürgerſchaft bekannt mache, nach obenangezogener unſerer tax-ordnung für die erſtere dergleichen mündliche vorladung zweene groſchen, fordern und zahlen laſſen ſolle, behörig bedeuten und das hierzu nöthige gebührend verfügen &c.*

*ad. no.* 74. verb: *iniurien- und andere ſachen.*

En apparentem hic pugnam inter ea, quae hoc loco, ac ea, quae mox ad no. 97. nec non infra ad no. 168. et 169. praeſcribuntur. Quemadmodum enim hic tam in iniuriarum quam aliis vilioribus cauſis ſola vtriusque partis praeſentis reciproca interrogatione, quam confrontationem appellant, iudici licet a ſingulis 6. groſſos accipere, ita contrario, quod ad iniurias attinet, verbis ſtatim ſequentibus in memoriam revocatur edictum d. 1. Iul. 1737. publicatum, quo celeberrimum illud mandatum d. d. 2. Iul. 1712. adverſus vindictam privatam latum, explicatur ac illuſtratur, vigore cuius mandati in dictis cauſis iniuriarum iudex pro omni labore a denunciatione laeſi uſque ad publicationem deciſi plus quam 16. groſſos ac ad ſummum unum thalerum petere prohibetur. Eadem ſumma 16. groſſorum definitur pro omni cauſa ad dictum no. 168. et nihilominus ad no. 169. adhuc pro confectione deciſi eiusque publicatione 6. groſſi accipi permittuntur. Ad hanc pugnae vmbram diſſipandam ſic nobis videtur. Quando ex hominibus vilioribus alter alterum iniuria aliqua levi eaque verbali laedit, procedendum eſt ſic, vti habent verba noſtra hic ad no. 74. *Dahingegen in denen geringern* etc. ac ſecundum allegatum edictum d. 1. Iul. 1737. Idem vero edictum diſtinguit iniurias atroces ſive verbales ſive reales, nec non eas, quibus perſonae honoratiores ſe invicem laceſſant. In his igitur verba ad no. 74. *In iniurien und andern* etc. obſervanda cenſemus, nec in iisdem iudex tenetur denunciatio-

nes

nes ſcriptas reſpuere nec a citatione litterali abſtinere, nec non ipſi praeter reliquas ſportulas conceditur totidem 6. groſſos accipere, quot ſunt perſonae examinandae. Denique verba ad no. 168. et 169. haud videntur de cauſis iniuriarum, de quibus hic ne verbulum quidem reperies, verum de aliis denunciationibus exiguorum delictorum v. g. parvorum circa eſculenta et potulenta futorum, vel contraventionum adverſus inſtituta politiae, aut ſimilium intelligenda eſſe, quorum poenam aut ipſe iudex dictat, acceptis iuxta no. 169. pro deciſo eiusque publicatione 6. groſſis aut rem decidendam in dicaſterium mittit et tunc ipſi pro omni labore a denunciatione uſque ad deciſi publicationem, exceptis teſtium interrogationibus, 16. groſſi deſtinati ſunt.

Neque hac occaſione praetereundum eſt, iudicem pro regiſtratura deprecationis a laedente laeſo facta nonniſi 3. groſſos, at vero pro iudiciali ſuper ea re teſtimonio, de quo in Edicto contra vindictam privatam §. 23., impoſito nomine *eines gerichtlichen receſſes* agitur, 6. groſſos mereri, id quod ex reſcripto iam aliquoties allegato d. d. 7. Nov. 1724. diſcimus. En eius verba: — *Wie denn vor eine regiſtratur über eine geleiſtete abbitte oder ehren erklärung 3. gr. vor die abfaſſung und ausfertigung des dieſsfalls nöhigen reverſes aber 6. gr., als ſo viel auch ſub. no. 181. vor andere reverſe angeſezet, paſſiret und genommen werden ſollen und dürfen.*

*ad no. 75.* verb: *auſſer den copialien.*

Arbitratur quidem G. H. MYLIVS in diſſ. cui titulus: Actuarius peccans in taxam ſportularum iudicialium, §. 12. Actuarios operam et oleum perdere, qui pro citationibus et notificationibus aut quaeſtione ad dicaſterium directa in mundum redigendis pretium quoddam in cenſum expenſarum ad Acta referunt; atque ea, quae de monitoriis ac praeceptis iudicialibus hoc loco conceſſa ſunt, ad illas trahi non poſſe, ob verba reſcripti d. 16. Ian. 1725. ad praefectum Belzigenſem dati: *vor die mundation einer citation und notification auch urthels - frage iſt etwas beſonders*

 *nicht*

*nicht anzuſetzen.* Nihilominus conſuetudine atque adeo iuſſu principis aliud introductum eſſe mox ad no. 82. videbimus.

*ad no.* 76. verb. *vor ein verhör.*

Haec tabulae noſtrae pars ab inſequenti no. 96., etſi vterque easdem ſummas continet, tamen quoad ipſam rem ita differt, vt illic de eo caſu, vbi ſimul amica tranſactio inter partes tractatur, hic vero de reliquis omnibus protocollis ſermo fit, excluſis cauſis iniuriarum, quemadmodum docemur reſcripto ſaepe laudato d. 1. Febr. 1725. ad praefectum Coldizenſem miſſo, vbi inter alia haec ſunt verba: — etc. Tit. III. *iſt aus der tax-ordnung ſelbſt genugſam zu erſehen, daſs no.* 74. *nur von iniurien — und dergleichen geringen ſachen, no.* 76. *aber von andern ſachen gehandelt werde, und no.* 96. *nur von ſolchen terminen, wo die güte gepflogen wird, zu verſtehen ſey.* Ceterum, ſi pro amicabili compoſitione iam ſportulae liquidationi inſertae ſunt, nihil amplius pro regiſtratura ipſa aut protocollo exigi poſſe a Scabinatu Lipſ. iudicatum eſt anno 1781.

*ad no.* 77. verb. *denen gerichtsperſonen.*

Haerebat olim cum in ſcabinatu tum apud ordinem Ictorum huius vrbis opinio, in ciuitatibus ſenatores non poſſe pro aſſeſſura iudiciorum ſiue ciuilium ſive criminalium quicquam poſtulare, ſi habeantur diebus, quibus magiſtratus ex more ſtatutisque conuenire ſoleat. Quae opinio tum nitebatur eo, quod quilibet ſenator peculiari frueretur honorario, tum reſcripto quodam d. 20. Oct. 1725. Rudolpho de Bunau dato, cui iſta prohibitio quoad Senatum Lauenſteinenſem ineſſe videretur. At quoniam eo Reſcripto nihil aliud continetur, quam hoc, dictis ſenatoribus non concedendum eſſe, praeterea, quae in ſportularum tabula aſſeſſoribus iudiciorum deſtinantur, alia adhuc praemia pro ipſa eorum in Senatu preſentia accipere, e contrario autem eadem tabula perſonas iudiciis civitatenſibus aſſiſtentes diſerte nominet, *gerichtsperſonen in ſtaedten,* nunc relicta iſta opinione, hos beneficio a lege dato defraudare religioni ducimus. Quo etiam collineant verba reſcripti ad ſenatum Aumenſem dati

dati d. 15. Ian. 1725. — *Die ſogenannten raths - gebühren aber, da ihr vormals für jeden termin einen gülden, und von publication eines urthels oder reſcripts 5 gr. 3 pf. zu genieſſen gehabt, ſollen gänzlich ceſſiren.* Ceterum hic animadvertere liceat, ſportulas hoc loco perſonis iudicialibus, ſiue oppidanis, ſiue ruralibus conceſſas de ſingulis perſonis intelligendas eſſe, ita, vt quot ſunt aſſeſſores, toties pro ſenatu tres groſſi vel minus poſtulari poſſint, id quod clarius adhuc exprimitur ad no. 96., cum e contrario alibi, vt ad no. 126. et plerumque in iudiciis criminalibus ſumma aſſeſſoribus ſcripta inter ſingulos dividenda ſit. Famulus vero iudicii iis diebus, quibus magiſtratus regulariter conuenire ſolet, pro *aufwartung* in termino nihil accipit, in quam rem princeps d. 24. Nov. 1725. et d. 7. Decbr. 1726. ad praefectos Senftenbergenſem et Grillenburgenſem reſcripſit.

*ad no.* 78. verb. *vor ein compromiſſ.*

Haec dividenda ſunt, ita vt vtrique parti 2. groſſi aſſignentur.

*ad no.* 79. verb. *nebſt den ſämmtlichen beylagen.*

Itaque male faciunt iudices, qui v. g. pro litteris, quibus teſtimonia vel cautiones, vel aliae res Actis inſeruntur, vel pro probatione cum adiectis aliquot documentis, plures quam unum groſſum accipiunt. At vero pro receptione libelli cum litteris, quibus terminus petitur, duo groſſi conceduntur.

Hoc loco et frequens iudicum legis ſportulariae transgreſſio notanda eſt, quando pro quolibet ſcripto, quod ipſis ad acta reponendum traditur, ſub duplici titulo praemium exigunt, nempe unum groſſum pro praeſentato, vt vocant, alterum ſub titulo: ad Acta — quae poſterior ſpecies nuspiam in tabula inuenitur.

*ad no.* 82. *et* 84. verb. *vor die dazu gehörigen beylagen* it. *auſſer denen copialien und beylagen.*

Haec verba manifeſte tantummodo ad ea pertinent, quae citationi vel primae vel repetitae adiiciuntur, quaeque cum altera parte communicari opus eſt, vt nempe pro ſingulis eorum foliis ſingulos groſſos accipere liceat. Hoc ipſum quidem, aſſumto legis praecepto generali in Mandato d. 10. Ian. 1724. §. 1. ne quid, in tabula ſportularum haud ſcriptum, vllo modo exigatur, induxit aliquando dicaſteria, vt iudicibus non permitterent, pro ipſis citationibus ac notificationibus ex concepto, vt vocant, tranſſcribendis et mundandis quicquam petere; inprimis poſtquam praefectus Belzigenſis facta coram regimine Dresdenſi quaeſtione d. 20. Ian. 1725. inter alia ſequens reſponſum tulerat: — *Vor die mundation einer citation und notification auch urthels-frage, iſt zwar 6tens etwas beſonderes, und ein mehreres, als in beſagter neuer tax-ordnung ſub no.* 82. 83. *et* 101. *enthalten, nicht anzuſezen, jedoch ſollen darunter die copiales von denen darzu gehörigen beylagen nicht mitgerechnet, ſondern ſolche mit einem groſchen für jedes blatt, welche aber auch unſerer neuen und verbeſſerten proceſsordnung gemäſs behörig zu verfertigen ſind, bezahlt genommen werden dürfen &c.* Hinc meminimus ſententiae latae in Scabinatu Lipſienſi m. Iul. 1767. ad ſenatum Dübenſem, in qua haec ſcripta erant: *der baare verlag verbleibet ohne abgang, inſoweit darunter keine abſchreibegebühren von denen citationen mit begriffen, als welche nach der tax-ordnung, nicht paſſiren.* At magis beneficum fuit Principis ſanctius Conſilium litteris ſaepius commemoratis, vbi regimini Numburgenſi ad no. 7. ita reſcripſit: *Es können bey citationen und notificationen die copialien über die ordentlichen gebühren genommen werden, bey berichten aber ſind ſelbige nicht anzuſchreiben;* quae conceſſio eo magis rationem habere videtur, quo magis reſpondet mox ſequenti no. 87. vbi pariter copiae litterarum requiſitorialium ſoluuntur. Ab hoc itaque tempore Ordo noſter eiusmodi copias permiſit; vbi tamen quoad citationes edictales notandum, male pro ſingulis duos groſſos exigi, quamuis duae tantum paginae quae unum folium exequant, litteris impletae ſint.

*ad*

*ad no. 86. vor eine edictal citation.*

Pro eiusmodi citatione iudici militari debentur 12 groſſi ſec. ſportolarum tabulam iudicibus militaribus anno h. ſ. decimo quarto datam apud HOFFMANNVM in Cod. leg. militar. p. 863.

*ad no. 98.* verb. *auſſer denen gerichten.*

Hoc eſt, extra ſedem iudicii, minime vero extra fines iurisdictionis.

*ad no. 91. vor das angeben in termino.*

Sunt iudices, nimiarum ſportularum adeo cupidi, vt ipſis non ſatis ſit, in quolibet die termini cuiusdam pro conſcribendis nominibus comparentium, nec non pro reliquis, quae peragunt, licita accipere, verum etiam ſub generali titulo *pro termino* quaedam ſibi arrogare conentur. v. g. *für das angeben im termin* 1 *gr. und für die regiſtratur darüber* 3 *gr.* Hoc non patiuntur dicaſteria, tum ob ſilentium tabulae ſportulariae, tum ob ſequentia reſcripta, unum d. 9. Novembris 1724. miſſum adminiſtratoribus prefecturae Wieſenburgenſis, verbis: *In zukunft ſoll* pro termino *nichts angeſchrieben werden;* alterum d. d. 5. Iun. 1726. ad praefectum Senftenbergenſem: *als wird* quoad 5. pro termino *nichts paſſirt,* tertium d. d. 7. Decembris 1726. ad praefectum Grüllenburgenſem: ad 5 *kann* pro termino, *weil deshalber in der taxordnung nichts angeſezt worden, auch nichts paſſirt werden.* Ita quoque iudicatum eſt ab Ordine ICtorum anno 1789.

*ad eund. no. 91.* verb. *vor das angeben.*

Haec intelligenda ſunt de ſingulis perſonis praeſentibus. Quapropter nuper admodum iudicis avaritia reprimebatur, qui, cum apud eum, mandatarius 19. litis conſortium nomen ſuum in termino profiteretur, loco unius groſſi undeviginti in ſportularum exigendarum catalogo ſcripſerat.

*ad*

*ad no.* 92. verb. *zu regiſtriren.*

Cum hic loci ſub praeſenti titulo III. primum vox *regiſtriren* reperiatur, obſeruandus eſt rigor, quo olim ex variis principalibus reſcriptis pro unaquaque regiſtratura, vel maiore vel minore, qua circa hanc vel illam rem, in cauſis ſive ciuilibus ſive criminalibus opus eſt, in regula nonniſi 3. groſſi poſtulari poterant, niſi forte tabula ſportularia vllibi in cauſis ſingularibus plus ſumere permittat, quemadmodum partim iam ſupra ad no. 72. annotavimus, partim patet ex reſcripti aliquoties laudati d. d. 7. Nov. 1724. ad adminiſtratores praefecturae Wieſenburgenſis dati hac particula: — *Es iſt bereits in der neuen taxordnung ſub no.* 92. *verſehen, daſs auch in civil-ſachen für eine regiſtratur bey vorkommenden fällen drey groſchen angeſezt werden mögen.* Pariter reſcripſit Rex Poloniae praefecto Belzigenſi d. 16. Ian. 1725. *Es können für alle und jede bey dem proceſs vorkommende regiſtraturen vor jede* 3 *groſchen paſſirt werden.* Nec non praefecto Grüllenburgenſi d. 7. Decembris 1726. — *Und, wie hiernächſt vors* 2. *zwiſchen einer weitläuftigen und kurzen regiſtratur nicht füglich ein unterſchied zu machen, und* ex numeris 128. 160. *und* 192., *daſs auch für eine ausführliche regiſtratur ordentlich mehr nicht als* 3. *groſchen angeſezet werden ſollen, genugſam zu erſehen iſt, die disfalls ausgenommenen fälle aber, bey welchen ein mehreres paſſiren ſoll, bereits in berührter tax-ordnung, als no.* 72. 96. 162. 170. 184. *bemerket worden ſind, und auch vors* 3*te ex num.* 111. 112. 128. *und* 160. *inſonderheit aber num.* 92. *nicht undeutlich wahrzunehmen iſt, daſs auch in* cauſis ciuilibus *vor eine regiſtratur ordentlich nicht mehr als drey groſchen angeſchrieben werden ſollen; Alſo hat es darbey allenthalben ſein bewenden.* Quod idem placuit ſanctiori Conſilio reſcripto ſaepiſſime dicto: *7tens paſſiren vor eine regiſtratur ordentlich nur* 3 *gr.;* nec non obtinet etiam in ſpecie tum, quando iis ad teſtimonium iudiciale conficiendum opus eſt, ex reſponſione Principis, ſuperius ad num. 48. allegata, praefecto Vitebergenſi data d. 12. Martii 1725. Fatemur aliquantiſper durum videri, longas atque proceras regiſtraturas cum breviſſimis uno modulo metiri. Ac forte idem movit legislatores recentiores, vt in nova tabula ſportularia

ria iſtud diſcrimen non omnino reiiciendum putarent, potius iſtud hinc inde ſapienter obſervarent; quod inprimis factum, cum in dicta noviori tabula ad no. 184. etc. ad no. 184. et 191 quoad interrogationes ac confrontationes reorum iudicibus poteſtatem dant pro opera et modo eiusmodi regiſtraturarum mox pauca mox plura petere, relicto dicaſteriis huius rei arbitrio. Quoniam igitur poſito hoc per legem recentiorem publicam ac approbato aequiſſimo diſcrimine iſta reſcripta ſpecialiora tacite revocata videntur, evenit, vt, interpretatione ab uno vel altero regiſtraturarum genere ad reliquas producta, hodie dicaſteria inter peccata iudicum haud referant, ſi pro longis regiſtraturis ſex, atque pro longiſſimis duodecim groſſos petunt, modo ab omni abuſu abſtineant.

*ad no. 96, wenn die güte zwiſchen den partheien verſucht worden.*

Haec ſolum de iis terminis intelligenda ſunt, quibus tranſactio ipſa tentatur, vti princeps d. 8. Septemb. 1725. praefecto Coldizenſi reſcripſit. Praeter hos 12. groſſos vero a ſingulis partibus exigendos iudicem pro termino vel protocollo quidquam poſcere prohibuit Ordo ICtorum Lipſienſium anno 1781. modo excipias paucos illos nummos, qui a iudicibus pro ſtipulatione advocatorum, inter aliquod temporis ſpatium ſcripta iudicio tradendi, Actis inferenda peti ſolent, et qui plerumque ſummam quatuor groſſorum haud excedere ſolent.

*ad eund. no. 96.* verb. *den gerichts - perſonen.*

Cuilibet perſonarum iudicialium 3. groſſos ſoluendos eſſe non ſolum, vti iam ad no. 77. monuimus, haec tabulae noſtrae verba expreſſe docent, verum etiam in Scabinatu Lipſienſi anno 1749. interrogante iudice Paſſendorfenſi per vota deciſum, idque anno 1761. ad omnes terminos interrogandis teſtibus, componendis litibus, aliiſue eiusmodi rebus deſtinatos, qui vulgo *verhörs-termine* audiunt, extenſum eſt.

*ad no.* 97. verb. *in cauſis minutis.*

Circa has cauſas quaeritur, num perſonis iudicialibus quicquam debeatur? qua in re non iniquum videtur iis pro aſſeſſura aliquid concedere, quum enim iudex ipſe non nihil pro labore in cauſas minutas impenſo accipiat, aequitati vix reſponderet, aſſeſſorum officia gratuita poſtulare. Ceterum errant ſaepius iudices, qui in cauſis minutis inde ab initio proceſſus dimidiam partem ſportularum in cauſis maioribus exigendarum petunt, potius haec legis noſtrae verba ſolum ad ea trahenda ſunt, quae poſt ſententiam ipſam in proceſſu obueniunt.

*ad eund. no.* 97. verb. *wenn verfahren werden müſſen.*

Imperialis ille, qui hoc loco iudicibus aſſignatur, non ita intelligendus eſt, quaſi pro omni labore in eiusmodi cauſas impenſo vnicum modo thalerum accipiant, verum ita, vt a quavis parte totidem poſtulare liceat.

*ad no.* 98. *von den ſätzen, rel.*

Quodſi cauſarum patroni in ipſo iudicii loco haud commorantur, eorumque poſitiones a iudice per nuntios, currum publicum aut alio modo iis mitti debent, permiſſum eſt pro cura in transmittendis his poſitionibus adhibita 4. groſſos poſtulare, cui etiam Ordo ICtorum Lipſienſium anno 1789. aſſenſum praebuit.

*ad no.* 99. *vor liquiditation der gerichts expenſen.*

Haec ſportularum iudicialium ſpecificationes partibus gratuito exhibendae ſunt, neque pro iis tranſcribendis quicquam peti poteſt, vti princeps ſenatui Mitweydenſi die 25. Iulii 1725. his verbis reſcripſit. — *Auch ſoll oft erwähnter euer ſtadtſchreiber, wenn von den liquidationen derer gebühren abſchriften verlanget werden, ſolche denen partheyen willig und ohne entgeld ertheilen.* Pro moderatione autem

autem expenſarum extraiudicialium a iudice ipſo ſuscepta 6 groſſi debentur.

*ad eund. no.* 99. verb: *bei jedem termine.*

Saepius etiam fraus legi iudiciariae, modum expenſarum determinantis, ita fieri ſolet, vt liquidationes expenſarum apud Acta diuidant, ex vna plures conficiant, atque ita praemium duorum groſſorum pro vnoquoque actu aliquoties annotare queant, cui abuſui obviam iuit princeps reſcripto d. 23. April 1740. ad Ordinem ICtorum Lipſienſem dato, quod iam Mylius in diſſertatione aliquoties laudata exhibuit.

*ad no.* 101. *vor eine urthelsfrage.*

Praeter ea, quae de eiusmodi ſcripto gratis et ſine vllo pretio tranſcribendo atque mundando iam ad no. 82. dicta ſunt, hoc vnum addere liceat, quod illi 6. groſſi non a ſingulis litigantibus ſed ab omnibus in vniuerſum, quotquot eorum ſint, exigi poſſunt, vti nuperrime Facultas iuridica Lipſienſis anno 1781. iudicauit; Praeterea etiam hoc monendum, iudicem nunquam pro reuiſione et ſubſcriptione *der urthelsfrage* aliquid accipere, quippe qua in re officium eius gratuitum eſt, quare cum quidam conſul Querfurtenſis huius rei cauſa aliquid poſtulaſſet, Ordo ICtorum Lipſ. anno 1789. id aegre tulit eiusque petitum reiecit.

*ad no.* 102. *vor einen abſchied,* rel.

Omnia ea, quae tabula noſtra pro eiusmodi ſententia, *für einen beſcheid,* petere permittit, plerumque ita intelliguntur, vt ab vtraque litigantium parte haec ſumma 12. groſſorum vel vnius Imperalis exigi queat; quod cum vſu longaeuo introductum ſit, hodienum quoque obſeruatur, qnamuis propterea adhuc dubitari poſſit, an iure id fiat, quod in hac lege non expreſſe cautum legimus, vt ab vtraque parte petatur. Ceterum iudices in hac ſportularum tabula recentiori meliorem ſortem tulerunt, quam in veteri de anno 1724., quippe quae dimidiam modo huius ad no. 102. conſtitutae pecuniae partem in cauſis minutis exigendi poteſtatem concedebat, id quod in noſtra tabula d. a. 1764.

 omiſ-

omiſſum videmus, vbi tamen illud notandum, iudices in cauſis minutis minorem modo ſummam pro ſententia conficienda petere poſſe, nulla ratione habita, vtrum ſit ſententia interlocutoria an definitiua.

*ad no.* 104. *vor die citation rel.*

Saepius euenire ſolet, vt iudices ſportularum cupidi Actis cum ſententia e dicaſterio remiſſis non ſolum regiſtraturam remiſſionis conficere et inde 4. groſſorum ſolutionem poſtulare, verum etiam pro citatione ad publicandam ſententiam quatuor groſſos poſcere atque adeo pro huius ſubſcriptione 2. groſſos exigere ſoleant; at haec omnia reprobantur, potius ſententia e dicaſterio reuerſa non niſi 1. groſſus pro praeſentatione anno 1781. ad praef. Rochsburgenſem toleratus eſt, illi vero duo groſſi pro ſubſcriptione citationis anno 1782. ab Ordine ICtorum Lipſ. omnino reiecti ſunt. Eae autem ſportulae, quae hoc loco pro citatione ad publicandam ſententiam in cauſa ciuili ponuntur, vi Reſcripti regii d. 7. Novbr. 1724. ad praefectum Wieſenburgenſem dati etiam in cauſis criminalibus admittuntur: *Wie ſich denn auch bei citationen eines inquiſiten, nach dem, was in der tax - ordnung* ſub no. 82. 86. *und* 104. *verordnet, zu richten iſt.* Ceterum hoc loco monendum eſt, tam in concurſu creditorum, quam in iis litibus, quibus plures litis conſortes obueniunt, partes per litteras patentes citandos non vero ſingulis citationibus conuocandos eſſe, ita vt hoc facto neque 3. groſſi pro qualibet citatione neque earum tranſcribendarum ſportulae, *copialia*, admittantur, vti annis 1735. et 1744. in Scabinatu Lipſienſi concluſum eſt.

*ad no.* 106. *vor publication eines urthels. rel.*

Praeter regiſtraturam ipſius publicationis nullae ſportulae pro regiſtratura comparitionis, *des angebens*, in termino publicandae ſententiae admittuntur, quod obſeruantia receptum eſt in Scabinatu Lipſienſi.

*ad. no.* 107. *vor einen deſignations-beſcheid.*

Qui in dicaſteriis frequenti Actorum inſpiciendorum occaſione fruuntur, ſententias diſtributionum ita comparatas conſpicient, vt pro computo et rationibus factis vnum pluresue Imperiales et praeterea 12. groſſos pro decreto, *für den beſcheid*, petant, quod eo minus admitti ſolet, quo magis ſportulae huius decreti iam illa aliquot Imperialium ſumma continentur.

*ad no.* 108. *vor abſchrift eines beſcheids.* rel.

Totidem, ſcilicet duo groſſi etiam pro copia reſcripti in vim publicati transmiſſi, peti poſſunt, ſecundum edictum regium d. 8. Septbr. 1725. ad praefectum Coldizenſem datum, neque ad publicandum reſcriptum aut aliud edictum principis in litibus obueniens, *eines deciſiv-befehls*, vnquam ſolennis terminus praefigi, potius ea in vim publicati partibus transmitti debent. *Auch ſollen zu publication derer reſcripte und deciſiv-befehle ordentlich kein beſonderer termin angeſetzet, ſondern ſolche denen partheien* in vim publicati *in abſchrift zugeſendet werden.*

*ad no.* 109. *vor verlangte abſchrift*, rel.

Circa hos 2. groſſos in Scabinatu Lipſienſi inde ab anno 1735. haec opinio recepta eſt, vt, exemplo reſcripti duas plagulas excedente, praeter illos 2. groſſos, copiales quoque ſingulatim peti poſſint, id quod tamen ceſſabit, quum illud exemplum neque duas plagulas excedat, neque eius deſcriptio a partibus poſtulata ſit.

*ad no.* 110. *vor ein ſchreiben*, rel.

Hoc ita intelligendum eſt, vt praeter hoc 3. groſſos copiales etiam peti nequeant, potius hae illis iam continentur.

*ad no.* 111. *vor die regiſtratur,* rel.

In termino leuterationis proſequendae neque perſonis iudicialibus, pro aſſeſſura, neque famulo iudicii, pro *aufwartung,* quidquam debetur, quae conſtans ſemper fuit opinio Scabinatus Lipſienſis, qui ſaepius v. g. ao. 1761. et 1781. ad iudicem pagi Ranis ita iudicauit.

Saepius quoque euenire ſolet, vt iudices in hoc termino praeter notitiam comparitionis, *des erſcheinens und angebens,* pro qua 1. groſſus ſolui ſolet, etiam 12. groſſos ſub nomine expediendi huius termini, *der expedition,* exigere velint, quod a Facultate iuridica Lipſienſi ao 1781. improbatum eſt.

*ad no.* 121. *vor die inrotulation der acten.*

Diſtinguendum hoc loco eſt inter iudices vtriusque Luſatiae et reliquarum Saxoniae regionum; quoad illos enim plures ſportulae admittuntur, ita vt Ordo ICtorum Lipſ. ao 1782. in ſententia praefecto Hoyerswerdenſi data pro inrotulatione Actorum 10 gr. 6 pf. et praeterea 1 thlr. pro Copiis Actorum, ſecundum ius Luſatiae, toleraverit.

*ad no.* 122. *et* 123. *vor reverential-apoſteln.*

Quaeritur, num iudex pro deſcribendis apoſtolis quidquam petere poſſit. Olim in Scabinatu Lipſienſi de ea re dubitatum fuit propterea, quoniam pro ea opera, *für das mundiren,* nihil hic appoſitum videmus. At vero id permiſſum eſſe iudici, patet ex reſcripto praefecto Vitebergenſi d. 27. Mart. 1725. dato, his verbis. *Wir können geſchehen laſſen, daſs 7) vor die mundation eines berichts oder inſtruments von einem blatte ſo viel als vor die copiales verordnet, jedoch daſs auf einer ſeite bey ſtrafe des dupli wenigſtens 26. zeilen und die worte zur ungebühr nicht ausgedehnet ſein, paſſiret werden.*

Neque praetermittendum eſt, iudices pro ſubſcriptione et reuiſione apoſtolorum nihil omnino poſtulare poſſe, quum enim ſenatus Querfurtenſis in liquidatione expenſarum 6 groſ-

6 groſſos Conſuli pro iſta opera aſſignaſſet, Scabinatus Lipſienſis illud anno 1781. improbauit; Nihilominus vnica huius rei exceptio tunc exiſtit, quando iudici ſeculari atque Ephoro cuidam ſimul lis aliqua decidenda commiſſa eſt, tunc enim Ephorus tanquam Commiſſarius pro ſubſcriptione apoſtolorum duos groſſos accipere ſolet; quo loco non abs re erit monere, Ephorum in eiusmodi cauſis nihil omnino expenſarum nomine percipere pro ſubſcriptione citationum, aut notificationum, quia in tabula noſtra nihil de ea re cautum reperitur; neque pro litteris ad Concommiſſarium datis, neque pro perluſtratione Actorum ad tentandam amicabilem compoſitionem aut pro reuiſione et ſubſcriptione litterarum, quibus Acta dicaſterio transmittuntur, *der urthelsfrage*, ea enim omnia anno 1789. ſententia ad Superintendentem Miſenenſem ab Ordine ICtorum Lipſienſium data improbauit, ſimulque conſtituit, vt ei non niſi unus groſſus pro liquidatione expenſarum Actis inſerenda ſolueretur.

*ad no.* 125. *et* 126. *vor auffetzung und abnehmung eines eides*, rel.

Hoc etiam extendi debere ad iuramentum, quod teſtes in cauſa ciuili, ante examen ad articulos, praeſtant, in Scabinatu Lipſienſi olim occaſione litis in praefectura Miſniae ventilatae per unanimia concluſum. Sed ibidem etiam concluſum, quod, ſi plures teſtes coniunctim iurant, pro *abnahme des eides* ratione ſingulorum 8. groſſos, at pro eius conceptione, *für auffetzung deſſelben*, ſemel tantum eſſe ſoluendos. Eaedem vero ſportulae peti queunt, quando denunciatio aliqua iureiurando confirmatur.

*ad no.* 127. *vor einen dilation-ſchein.*

Quandoque fieri ſolet, vt iudices de dilatione partibus conceſſa regiſtraturam ad Acta conficiant, et inde 3. groſſos petant; quod quum in lege ſportularia haud contineatur, Ordo ICtorum illud improbare anno 1789. haud dubitauit.

*ad no.* 128. *vor die regiſtratur*, rel.

Hoc loco duo monenda ſunt, *primo*, quod praeter regiſtraturam, quae praeſentiam partium ſeu Aduocatorum atque productionem documentorum factam atteſtatur, neque in termino productionis, neque reproductionis adhuc aliquid pro regiſtratura termini exigi poteſt, vti Facultas iuridica Lipſienſis anno 1789. reſpondit, *deinde*, quod aſſeſſores iudicii in eiusmodi terminis, ſi ſola partium praeſentia confirmatur, nihil accipiunt, cum e contrario tum iis aliquid pro aſſeſſura debeatur, quando partes ſtipulata manu promittunt, ſe omnia ea rata habituros eſſe, quae cauſarum patroni hac in re agenda cenſeant, *für das angelöbnis der partheyen auf ihre advocaten*, id, quod Ordo ICtorum Lipſ. anno 1781. interrogante iudice Goddulenſi permiſit.

*ad no.* 129. *vor ein document zu vidimiren.*

Obſervantiae eſt apud Scabinatum Lipſienſem, haec intelligere de ſingulis documentis, ſi nimirum ea ſingula ſeorſim vidimata ſunt.

*ad eund. no.* 129. verb. *vidimiren.*

Male agunt iudices, qui, vbicunque vel in Actis vel alias copiae alicui fides facienda eſt, applicant hanc taxam 6 groſſorum, vnice in caſu, de quo ſupra ad no. 16. dicitur, permiſſam. Neque pro conferendis copiis cum originalibus, *für das collationiren*, quidquam ſoluitur.

*ad no.* 130. *vor die gerichtliche verwahrung.*

I. H. MYLIVS in diſſ. anno 1745. edita, cui titulus: Actuarius peccans in tabulam ſportularum §. 11. arbitratur, pro multorum documentorum conſeruatione ſemel tantum tres groſſos petendos, quae ſententia quamuis anno 1725 etiam a Scabinatu Lipſienſi per vota maiora approbata ſit, tamen aequitati minus conuenire videtur; illud tamen extra omnem dubitationem poſitum eſt, in conſeruatione iudiciali documentorum quantitatis in iis obuenientis rationem nunquam haberi, potius ſiue maior ſit ſumma

ſiue

ſiue minor, ſolum tres groſſos eſſe ſoluendos, quemadmodum Ordo ICtorum Lipſienſium ad ſenatum Dippoldiswaldenſem anno 1782. iudicauit.

*ad no. 132. vor einen zeugen ſummariſch zu verhören.*

Hoc caſu pro conceptione iuramenti et admonitione iuraturi nihil ſoluitur, ſiue ſit cauſa ciuilis ſiue criminalis, vti princeps d. 7. Novbr. 1724. praefecto Wieſenburgenſi reſcripſit, his verbis: *Und nachdem auch in der tax-ordnung ſub no. 132. nicht enthalten, daſs bei ſummariſchen verhör der zeugen für die abfaſſung des eides und die admonition und vereidung des zeugens etwas beſonders zu entrichten wär, ſo hat es bey dem, was daſelbſt, ſowohl ſub no. 134. verordnet, ſein bewenden;* quodſi vero rotulus de eius depoſitione conficitur, ex reſcripto d. 8. Septbr. 1725. ad praefectum Coldizenſem dato eius copiales iure peti queunt.

*ad no. 134. vor einen zeugen auf artikel zu verhören.*

Circa examen teſtium quaeſtio oriri poteſt, num teſtes, qui in alio loco commorantes, longius aut breuius iter depoſitionis cauſa facere obligantur, partim pro victu partim loco intermiſſi laboris, quod vno verbo diarium, *auslöſung*, vocare ſolemus, aliquid poſtulare poſſint; quo caſu omnino iis remuneratio aliqua denegari nequit, potius conſuetudine introductum eſt, vt nobiles aut qui dignitate his pares habentur, itinere ad plurimum quatuor milliarium confecto, pro itu et reditu duos Imperiales et totidem quouis die, quo in loco iudicii commorari debent, accipiant, iis vero, qui priuilegiis nobilium haud vtuntur, nihilominus autem honoratioris conditionis ſunt, dimidia illius ſummae pars, ciuibus autem ruſticisue, aut qui ſimilis conditionis ſunt, pro quolibet milliario 4 groſſi et pro quolibet die, quo ibi degunt, 6. aut 8. groſſi porrigantur, de qua re conf. Ord. Proc. Recogn. ad tit. XXII. §. 3.

*ad no.* 135. *wenn interrogatoria übergeben,* rel.

Praeter has ſportulas ſub no. 135. conſtitutas, permiſſum quoque eſt iudici pro reiectione articulorum et interrogatoriorum captioſorum et impertinentium, ſi quae adſunt, aliquid poſtulare, quae ſumma conſuetudine ad 6. groſſos determinata eſt, ſiue ſint plures vel pauciores reiiciendi.

---

## Ad Titvlvm IV.

### *Von hülfs-ſachen.*

*ad no.* 138. ad verb. *verſiegelung.*

Saepenumero iudices pro obſignatione 16. groſſos et totidem etiam pro reſignatione mobilium petere ſolent; at vero id in dicaſteriis non admittitur, potius recepta opinio eſt, ſub impenſis obſignationis et regiſtraturae eam in rem factae ſimul reſignationis ſportulas comprehendi. Vberius id docent verba reſcripti d. 8. Septbr. 1725. praefecto Coldizenſi dati: *Uebrigens iſt* ad Tit. IV. no. 138. *allerdings unter der verſiegelung auch die reſignation mit begriffen, und für dieſe leztere nichts beſonders zu fordern noch zu nehmen.*

*ad no.* 139. *vor arretirung einer perſon,* rel.

Quoad has ſportulas quaeri poteſt, num iis etiam illae ſimul comprehendantur, quae pro reo ex carcere dimittendo peti ſolent, *für relaxation eines arreſtes*, quod mihi ſecus videtur, quum adeo iudici militari in nouiſſima tabula ſportularia anno 1783. promulgata, pro dimiſſione reorum cambialium vnus Imperialis conſtitutus reperiatur, neque ratio ad ſit, cur iudicibus militaribus, aliqua hac in re pro paganis conſtituatur praerogatiua.

*ad*

*ad eund. no.* 139. verb. *vor einen wächter.*

Quae hic de cauſis cambialibus adeoque ciuilibus conſtituuntur, etiam ad cauſas criminales extendi ſolent.

*ad no.* 142. *vor relaxation,* rel.

Sub his 4. groſſis intuitu caſſandi alicuius praecepti petendis etiam copiales comprehenduntur, ita, vt ſeorſim exigi nequeant, vti Scabinatus Lipſienſis anno 1735. iudicauit.

*ad no.* 143. *vor eine hülfsauflage.*

Praeter terminum executionis etiam pro cuiuslibet alterius termini prorogatione, ad partium petita facta, ſportulae hoc loco conſtitutae ſoluendae ſunt.

*ad no.* 146. verb. *wenn der beamte ſelbſt reiſet.*

Supra iam ad no. 46. monuimus, iuſtitiarium in eiusmodi itinere ſuſcipiendo praeter hunc Imperialem neque ſumtus victus neque itineris exigere poſſe, et idem quoque nunc repetendum atque eo magis confirmandum eſt, quo magis paullo poſt ad no. 183. conſtitutum legimus, ſub vno illo thalero, qui ipſi pro extraditione eorum debetur, illos itineris atque victus ſumtus haud quaquam comprehendi, vnde haud iniuria colligere poſſumus, idem quoque, cum par ſit vtriusque ratio, ad executionum et immiſſionum terminos applicari debere.

*ad no.* 150. *bei verkaufung verholfener mobilien.*

Saepius euenire ſolet, vt iudices in alienandis rebus mobilibus pro quolibet Imperiali, qui ex earum venditione prouenit, tres groſſos propterea exigant, quoniam id emolumentum praeconibus auctionariis in vrbibus maioribus a magiſtratu poſitis conſtitutum eſt, at vero id in auctionibus iudiciali auctoritate inſtitutis nunquam toleratur, quare Ordo ICtorum Lipſienſium anno 1789. praefecti cuiusdam, qui pro 262. Imperialibus ex iudiciali rerum mobilium venditione

redactis ſummam 32 thlr. 19 gr. 6 pf. exegerat, preces reiecit, et ad numerum dierum, quibus ea re occupatus fuerat, minuit, his additis rationibus: *Dieweil in der neuen tax ordnung ad no. 150. die gebühren für die auction der mobilien eines ſchuldners keineswegs nach dem quanto des daraus gelöſeten geldes, ſondern nach der zeit, ſo mit deren verkauf zugebracht worden beſtimmt ſind, ſo werden die angeſezten 32 thlr. 19 gr. 6 pf. auf — — — billig ermäſiget.*

*ad no. 152. 153. et 159. vor ein patent, einen ſubhaſtations zeddel und vor die notiz.*

Praeter illos 12 groſſos tam pro litteris patentibus quam pro ſchedula ſubhaſtationis lege noſtra conſtitutis nec non praeter illos 6. groſſos, qui pro notificatione peti poſſunt, copiales ſeparatim poſtulari nequeunt, potius ſub illis ſportulis comprehenduntur ex ſententia Scabinorum Lipſienſium anno 1731. vnanimi conſenſu adoptata.

*ad no. 160.* verb. *ſo der licitant zu entrichten.*

Caueant iudices, ne hos ſumtus ex maſſa concurſus petant, potius ſecundum verba legis noſtrae ab iis exigant, qui rem licitantur: perſpicue id docent verba reſponſi anno 1768. ab Ordine ICtorum Lipſienſium in hunc modum dati.

*Zuletzt und auf die 5te frage: Hat mehr beſagter rath zu Sangerhauſen bey ſubhaſtirung der der Weickardtin gehörigen grundſtücken ſowohl von einem jeden licito, welche die angegebene käufer von 12 uhr gethan, als auch bey der auctionirung ſelbſt von dem ausrufe eines jeden, das vorgehende ſuperirenden, gebots 3 gr. angeſchrieben und ſolche expenſen nicht denen licitanten abgefordert, ſondern aus der maſſe genommen, ſo daſs ſolches nunmehro der Weikardtin an denen übrig bleibenden geldern abgehet, und es wird:*

*Ob*

*Ob der rath dieſes zu thun befugt geweſen, oder wie viel ihm für beſagte licita an ſportuln paſſire,*

*von uns zu wiſſen begehret.*

*O. n. w. dem angeben nach es an unterſchiedenen orten eingeführet ſein ſoll, daſs die unkoſten für die licita von der maſse bonorum abgezogen werden, ſolches auch vielleicht die abſicht haben mag, daſs die käufer deſtoweniger von dem licitiren abgeſchrecket werden ſollen, wenn ſie es ohne zu befürchtende unkoſten thun können; hingegen ſoviel die angeſchriebenen ſportuln ſelbſt anbelanget, es für eine multiplication derſelben angeſehen werden möchte, wenn bey der auctionirung nach 12. uhr von einem jeden einzelnen gebothe 3 gr. genommen, gleichwohl darüber keine beſondere regiſtraturen gefertiget, ſondern alle dieſe gebothe benebſt dem actu des erſtehens in eine einige gebracht zu werden pflegen, und denn dieſe expenſen bey der gegenwärtigen ſubhaſtation dem anführen nach blos für die licita 70 thlr. und nebſt denen übrigen mehr als 90. thlr. betragen, in der neuen tax ordnung aber de ao. 1764. ad no. 161. für die proclamation und übrige verrichtung in termino licitationis nicht mehr als 12 gr. und in wichtigen gütern 1. thlr., ingleichen für die regiſtratur der erſtehung benebſt der zu beſtellenden caution ebenfalls nur 12 gr. zu nehmen vergönnet wird;*

*D. a. u. d. in nurbeſagter tax-ordnung ad no. 160. denen iudicibus für ihre mühe, die licitations-ſchreiben zu regiſtriren, und in ordnung zu bringen, von jedem 3 gr. geordnet ſind, und hierbey keinen unterſchied machet, ob die licita ſchrifftlich übergeben, oder wirklich angebracht werden, als welches letztere, nachdem die licitations-ſchreiben nicht mehr in vſu an die ſtelle der ſchriftlichen licitoren getreten ingleichen ob dieſes letztere vor oder nach 12. uhr geſchehe, immaſſen auch nach ſolcher zeit und bey der auctionirung ein jeder, der das andere gebot ſuperiret, ein neues licitum thut, ſo von dem actuario niedergeſchrieben wird, und allerſeits licitanten ſich gefallen laſſen müſten, wenn dieſer über alle einzelne gebote eine beſondere ausführliche regiſtratur fer-*

*fertigte, und hierdurch den actum ſubhaſtationis ohne noth verzögerte, welches jedoch zu gewinnung der zeit gar füglich zu erſpahren, ſo wenig, da dieſes ſchlechterdings geſchehen müſſe, nirgendwo vorgeſchrieben iſt, inzwiſchen es allemal eine obſchon kurze regiſtratur verbleibet, denen richtern hingegen dasjenige, was ihnen die tax - ordnung vergönnet, nicht zu entziehen; beſonders allhier der iudex um ſo mehr mühe und verſäumniſs gehabt, da dem anführen nach, nicht ein ganzes gut, ſondern 37. verſchiedene ländereyen ſubhaſtiret worden, und auf dieſelben 560. gebothe geſchehen, jedoch nicht nur überhaupt ein jeder, ſo vor gerichte etwas anbringet und niederzuſchreiben begehret, die dafür geordneten ſportuln zu entrichten hat, womit auch das der tax-ordnung de ao. 1724. vorgeſezte mandat §. 4. überein kömmt, ſondern auch in nur beſagter tax ordnung und der de ao. 1764. ad dict. no. 160. ausdrücklich vorgeſchrieben zu befinden, daſs obberührte 3 gr vom licito die licitanten entrichten ſollen, mithin hiervon, wenn nicht das gegentheil conſenſu partium, und beſonders mit genehmigung deſſen, welchen die maſſa bonorum gehöret, ausgemacht, nicht abzugehen; ſo paſſiren zwar dem rathe zu Sangerhauſen von jedem auf die Weikardtiſchen grundſtücke geſchehenen gebote und licita 3 gr. er kann aber dieſelbe nicht von der maſſa nehmen, ſondern hat ſelbige von denen licitanten zu fordern.*

*V. R. W.*

*ad no. 163. vor die wirkliche adjudication.*

Praeter ſumtus adiudicationis ipſius, etiam 3 groſſi pro eius regiſtratura ad Acta facienda peti atque ab eo exigi poſſunt, qui fundum auctoritate iudicis emit; haec enim ſunt verba reſcripti, cuius ſaepius iam mentionem fecimus, d. 7. Novbr. 1724. ad praefectum Wieſenburgenſem dati: *Es können auch vor die bei der adiudication verfertigte regiſtratur die gewöhnlichen 3 gr. paſſiren.*

## Ad Titvlvm V.

*Von denen unterſuchungen, inquiſitionibus und verrichtungen in peinlichen ſachen.*

*ad no.* 168. *vor eine Rüge zu regiſtriren,* rel.

Ante omnia in uniuerſum hoc loco monendum eſt, in cauſis denunciatoriis plures ſportulas, quam hac tabula permittuntur, nullo modo atque ſub nullo praetextu exigendas eſſe; Expreſſe hoc reſcriptum eſt ad Scabinatum Lipſienſem d. 27. Iul. 1733. qua de cauſa idem iudicium paullo poſt menſe Octobri 1736 vnanimi conſenſu occaſione denunciationis ad iudicium Boernicenſe delatae concluſit, aſſeſſoribus iudicii aut perſonis iudicialibus pro aſſeſſura, quoad regiſtraturam ſuper denunciatione factam, nihil deberi, id quod etiam Ordo ICtorum Lipſienſium menſe Iulio 1789. ad praefecturam Schlieben confirmauit. Deinde notandum etiam, neque pro regiſtratura comparitionis, *des erſcheinens und angebens*, in cauſis criminalibus in vniuerſum et praeſertim in interrogationibus reorum, neque pro regiſtratura, qua iudex praeſentiam aſſeſſorum teſtatur, quidquam exigi poſſe, quare Ordo ICtorum Lipſienſum anno 1782. iuſtitiarium quendam, qui pro eiusmodi teſtimonio margini Actorum adiecto tres groſſos petebat, reprehendit, eorumque ſolutionem interdixit; Idem quoque obtinet circa confirmationem denunciationis iureiurando factam, quod ex reſcripto d. 22. Iun. 1726. ad praefectum Pegauienſem dato apparet. *Vor die eidliche beſtärkung aber derer denunciationen, ingleichen vor die darüber zu fertigenden regiſtraturen kann nichts abſonderlich gefordert werden.* Nihilominus meliorem ſortem aliquando ex ſingulari principis clementia tulit praefectus Coldizenſis, cui Sereniſſimus d. 8. Septbr. 1725 pro eiusmodi iuratoria denunciationis confirmatione idem petere permiſit, quod ſub no. 125. et 126. pro concipiendis et deponendis iuramentis in vniuerſum ſportularum nomine conſtitutum inuenimus. Praeterea vero etiam ſequentia in cauſis denunciationum a dicaſteriis tolerantur, ſcilicet pro regiſtratura, qua iudex reum veniam a denunciante petiiſſe affirmat, 3 groſſi, deinde pro concipiendis litteris reuer-

reuerſalibus 6. groſſi, et pro transmiſſione protocolli denunciatorii ad principem cum relatione hanc ob cauſam ad ipſum facienda, itidem 6 groſſi; Diſcimus illa ex reſcripto d. 7. Novbr. 1724. ad praefectum Wieſenburgenſem dato verbis ſequentibus. *Ferner ſoll vor eine regiſtratur über eine geleiſtete abbitte oder ehrenerklärung 3 gr., vor die abfaſs- und ausfertigung des diesfalls nöthigen reverſes aber 6 gr. als ſoviel auch ſub n. 181. vor andre reverſe angeſetzet, paſſiret und genommen werden dürfen.*

### *ad eund. no.* 168. verb. *wenn zeugen dazu zu vernehmen.*

Sub his ſedecim groſſis pro regiſtratura conſtitutis ſimul ſportulae citationum ad teſtes denunciationum et denunciatum ipſum dirigendarum, niſi id ſaepius fieri debeat, comprehenduntur, minus vero id, quod pro inſinuatione citationum famulo iudicii debetur, id quod verba reſcripti ad praefectum Belzigenſem d. 16. Ian. 1725. dati demonſtrant: *hingegen ſind* 3) *wenn eine citation in rügenſachen, da der denunciat oder die zeugen zur vernehmung und abhörung, ingleichen zur publikation citiret werden, ausgefertiget wird, die gebühren dafür ſchon ſub no.* 168. *mit begriffen, außer was der gerichtsdiener vor die inſinuirung und beſtellung derer citationen bekomt und haben ſoll, wie denn auch* 4) *die gebühren vor eine regiſtratur, wenn der denunciant zeugen angiebt, gleichfalls in rügenſachen unter dieſem no.* 168. *mit enthalten ſein und ein mehreres darüber, als überhaupt darinnen angeſetzet worden, nicht zu fordern iſt.*

### *ad no.* 170. verb. *denunciation.*

Verbum denunciationis, quod hoc loco occurrit, quodammodo no. 168. contradicere videtur, at vero notandum, id non ad iudicia denunciatoria et proceſſum denunciatorium, *den rügen prozeſs*, potius ad denunciationes iniuriarum atrociorum, et reliquas omnes, quae grauioris momenti iudicandae ſunt, atque adeo viam inquiſitionibus parant, applicandum eſſe, quod ex verbis d. 22. Iun. 1726. et

d. 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0200-8

d. 8. Septbr. 1725. praefectis Pegauienſi et Coldizenſi reſcriptis diſcimus: Illa ita ſe habent: *die denunciationen und iniurienſachen gehören, wenn die iniurien geringe, ad no.* 168., *in wichtigern und weitläuftigern fällen aber ad no.* 170 — Haec autem iubent: *daſs dasjenige, was ſub no.* 170. 189. *und* 191. *enthalten, nicht von rügen, ſondern von andern denunciationen und inquiſitionen zu verſtehen.* — Ceterum id quoque addendum, quod pro eiusmodi denunciatione, de qua hic agitur, iuſtitiario facta, denuncianti iudici pagano aut ſcabino aliquid ſolui ſoleat, non quidem ſub nomine ipſius denunciationis, verum ſub ſpecie interpellati laboris, *der verſäumniſs;* vnde eiusmodi perſonae pro ratione huius intermiſſi laboris quinque groſſos Facultas iuridica Lipſienſis anno 1789. in ſententia ad ſenatum Pirmenſem data poſcere permiſit.

*ad no.* 172. verb. *den gerichtsperſonen.*

Ea pecuniae ſumma, quae hoc loco perſonis iudicialibus pro inſpiciendo laeſo conſtituitur, partim ita intelligenda eſt, vt non iis ſingulis 12 gr. verum omnibus in vniuerſum ſoluatur, vti Ordo ICtorum Lipſienſium menſe Septembri 1771. ad ſenatum Ileburgenſem et menſe Decbr. 1781. ad praefecturam Altenbergenſem iudicauit, partim vero tunc ſolum debetur, ſi hi ſumtus ex inquiſiti bonis erogari poſſunt, quodſi vero is egenus ſit, eiusque bona his ſumtibus haud ſufficiant, gratuitum hac in re erit ſcabinorum officium. Videmus id quoque ex reſcripto iudicio Islebienſi a principe d. 29. Novbr. 1727. dato: *Bei denen inquiſitionen ſollen und können vor die dabei vorkommenden verrichtungen, obgleich dafür von denen inquiſiten nichts zu hoffen, denen gerichtsperſonen aus des raths kämmerey, als welche wir damit zu beſchweren nicht gemeint ſind, keine beſondern gebühren gereichet werden.* —

*ad no.* 175. 176. verb. *beſtellung.*

Hoc verbum: *beſtellung*, ita accipiendum eſt, vt cum eiusmodi conſtitutione etiam ſalarium coniunctum ſit; quo caſu tamen illud notandum, hos duos thaleros tunc ſolum debe-

deberi, ſi coram iudicio, vbi cadaueris ſectio inſtitui debet, medicus aut Chirurgus expreſſe non conſtitutus eſt. Quodſi enim quis v. g. vrbis vel praefecturae alicuius Phyſicus cum ſalario iam conſtitutus ſit, et ſub eiusdem vrbis vel praefecturae iurisdictione eiusmodi ſectio confici debeat, ea ob ſalarium, quod in vniuerſum accipit, gratis eſt ſuſcipienda.

*ad no.* 177. *vor eine gemeine miſſive.*

Haec neque ad citationes in cauſis criminalibus obuenientes, pro quibus 4 gr. debentur, neque ad litteras requiſitoriales in iisdem cauſis neceſſarias applicanda ſunt, pro quibus ſcilicet idem ſoluitur, quod in rebus ciuilibus peti ſolet; quo caſu tamen monendi ſunt iudices, vt has litteras requiſitoriales ad acta concipiant, quod quando omiſerunt, ſportularum priuatione puniuntur. Exemplo iis ſit iuſtitiarius quidam, qui anno 1782. loco eiusmodi litterarum ſolummodo haec verba Actis inſererat: Fiat requiſitio ad praefecturam N. — ipſum vero earum conceptum actis inſcribere neglexerat; pro qua negligentia ſportulis litterarum requiſitorialium, liquidationi inſertis, ab Ordine ICtorum Lipſienſi priuatus eſt.

*ad no.* 182. *vor die inſtruction.*

Non ſolum pro inſtructione ad accerſendum captiuum, ſed etiam pro omni alia inſtructione, modo ſcriptis expediatur, 6 groſſi iure petuntur.

*ad no.* 183. *dem beamten und gerichtshalter.*

Actuario, qui praefecti aut iuſtitiarii iuſſu eiusmodi actum ſuſcipit, dimidia modo ſportularum hic conſtitutarum pars conceditur, ita vt 12 gr. ſolum contentus eſſe debeat.

*ad no.* 184. *vor ein verhör.*

Si cauſas denunciatorias, *rügenſachen*, excipimus, pro omnibus omnino interrogationibus inculpatorum aut aliarum per-

perſonarum in cauſis criminalibus obuiis 12 gr. ſoluuntur, vti princeps d. 25. Febr. 1725. ad iudicium Islebienſe reſcripſit: ita tamen, vt praeterea neque pro regiſtratura, neque pro protocollo aut ſub alia ſpecie plus exigatur, id quod Ordo ICtorum Lipſienſium anno 1789 duplici vice ad ſenatum Pirnenſem et praefecturam Baruth expreſſe prohibuit.

*ad no.* 185. *vor eines zeugens vernehmung.*

Hoc in caſu neque perſonis iudicialibus aliquid pro aſſeſſura deberi, neque pro citatione earum vt praeſentes interrogandis teſtibus adſint, aliquid exigi poſſe vnanimi conſenſu menſe Aprili anni 1732. a Scabinatu Lipſienſi concluſum, eaque obſeruantia hucusque conſeruata fuit.

*ad. no.* 187. *et* 190. verb. *in einen rotulum zu bringen.*

Olim vi reſcripti d. d. 21. April. 1725. pro mundo rotuli inquiſitionalis ex ſententia Facultatis iuridicae Lipſienſis nihil peti poterat, mox tamen meliorem ſortem tulerunt iudices, dum princeps per reſcriptum d. 8. Sept. 1725. praefecto Colditzenſi datum copialium liquidationem his verbis iis reſtituit, *es mögen auch ad no.* 187. *bei einem rotulo über die vernehmung eines inquiſiten die copiales paſſiren und mit liquidiret werden*, quae ſententia etiam nunc in dicaſteriis valet. Praeter has copiales autem neque pro collatione rotuli cum protocollo, neque pro extenſione rotuli 12 groſſi, vti ſaepius fieri ſolet, peti poſſunt, quae poſterior opinio praeſertim in Scabinatu Lipſienſi recepta eſt.

*ad no.* 189. *et* 191. *einen zeugen zu citiren, und vor confrontation*, rel.

Vtrumque ad veras cauſas criminales, non ad cauſas modo denunciatorias, *rügenſachen*, applicandum eſſe docent verba reſcripti d. 1. Febr. 1725. ad regimen Cizenſe dati: *Da unter den 16 gr., ſo ſub no.* 168. *vor eine rüge angeſetzet, die gebühren vor citation des denunciaten und der*

*zeugen ſchon mit begriffen ſind, das aber, was ſub no.* 170. 189. *und* 191. *enthalten, nicht von rügen, ſondern von andern denuntiationen und inquiſitionen zu verſtehen, alſo hat es auch lediglich dabei ſein bewenden.*

### *ad no.* 198. *vor inrotulation der Acten.*

Duo groſſi hoc loco pro inrotulatione actorum conſtituti tunc multiplicari haud poterunt, quando contra plures perſonas inquiſitio formata eſt; quare cum menſe Septembri 1771. iuſtitiarius Hohenſteinenſis contra ſeptem perſonas in puncto ludorum vetitorum inquireret et pro inrotulatione Actorum 21. groſſos propterea peteret, quia ſub no. 100. tabulae noſtrae ſportulariae 3 groſſi permiſſi eſſent; Ordo ICtorum Lipſienſium id valde improbauit, atque illos 21 groſſos, ad duos groſſos, qui ſub hoc no. 198. conſtituuntur, reducere haud dubitauit. Neque hoc loco praetermittendum, iudices pro termino inrotulationis aut pro confectione repertorii Actis praemiſſi aliquid exigere in totum prohiberi.

### *ad no.* 199. *vor einen bericht.*

Si praeter apoſtolos ſchedula quaedam adhuc inſerenda eſt, *ein inſerat hinzuzufügen*, pro eiusmodi acceſſione 4 gr. peti poſſunt.

### *ad. no.* 201. *ſolches zu publiciren.*

Perſonis iudicialibus in termino publicationis nihil deberi anno 1781. ab Ordine ICtorum Lipſienſium iudicatum eſt.

### *ad no.* 202. *vor ein iuramentum purgatorium abzufaſſen.*

Praeter hos 6 groſſos neque pro ipſa iuramenti depoſitione, *für die abnahme des eides*, neque pro regiſtratura prae-

praeſtiti iuriſiurandi quidquam debetur, id, quod verba ſaepius allegati reſcripti ad praefectum Wieſenburgenſem d. 7. Novbr. 1724. dati docent: *hingegen iſt, wenn regiſtraturen über die ablegung des purgatorii in inquiſitions ſachen gefertigt werden, deshalber etwas beſonderes nicht anzuſetzen.*

*ad no.* 203. *dem geiſtlichen, ſo darzu gezogen wird.*

Hi ſedecim groſſi, qui clerico pro admonitione rei iusiurandum praeſtantis conceduntur, ita accipiendi ſunt, vt pro ſingulis iurantibus etiam ſingulae 16 groſſorum ſportulae ipſi, et quotquot iuraturi adſunt, tot floreni clerico tribuantur. Probamus id reſcripto sereniſſimi principis ad praefectum Schwarzenbergenſem d. 29. Aug. 1727. miſſo, cuius verba haec ſunt: *Aus des pfarrers zu Schwarzenberg, I. L. H. ſupplikate — erſehet ihr, wie ſich ſelbiger beklaget, daſs ihm, wenn er zur ablegung des* iuramenti purgatorii *mit gezogen werde, und deren je zuweilen* 2. 3. *auch wohl noch mehrere zuſammen ſchwören müſsten, dafür aus dem amte bei euch nur* 16 *gr. überhaupt gereichet werden wollten; — Worauf hiermit unſer begehren, ihr wollet ſelbigen die in unſrer neuen ſportul-tax-ordnung für jeden dergleichen actum geſezte gebühren derer* 16 *gr. auf obigen fall beſonders und ſo viel perſonen ſchwören müſſen, künftighin bezahlen und reichen laſſen.* Eodem modo etiam reſpondit Scabinatus Lipſienſis menſe Februario 1740. interroganti praefecto Auguſtusburgenſi.

*ad. no.* 207. *eine urphede aufſetzen zu laſſen.*

Circa hunc actum aſſeſſoribus iudicii idem debetur, quod iis ſub no. 202. pro aſſeſſura in iuramento purgatorio praeſtando conſtitutum eſt. En verba reſcripti regii d. 28. Febr. 1726. praefecto Coldizenſi ſcripti. — *Dahingegen den gerichten bei ablegung eines urphedens, ſo viel, als bei abſchwörung des* iuramenti purgatorii *ſelbigen ſub no.* 202. *paſſiret wird, gleichergeſtalt zu reichen.*

*ad no. 208. et 209. eine landesverweiſung, ſtaupenſchlag oder andre leibesſtrafen anzuordnen.*

Eae, quae hoc ipſo momento perſonis iudicialibus aſſignauimus, ſportulae circa hunc no. 208. et 209. ipſis denegare debemus; conſtans enim eſt atque recepta dicaſteriorum opinio, tum, quum reus poena corporis afflictiua aut poena exſilii aut deportationis afficitur, aſſeſſoribus iudicii plane nihil pro aſſeſſura atque praeſentia deberi. Diſcimus id quoque ex reſcripto nuper allegato, quod princeps d. 28. Febr. 1726. praefecto Coldizenſi miſit: — *Im übrigen iſt bei vollſtreckung des ſtaupenſchlags und der landes-verweiſung den gerichtsperſonen nach anleitung des 10ten §. unſers wegen der tax-ordnung ins land ergangenen mandats nichts zu entrichten.*

At vero, cum hoc loco ſportularum iudicialium finis exiſtat, non poſſumus non, antequam hunc locum relinquamus, ſedulo admonere iudices, ne liquidationibus eos actus ab iis inſerere audeant, qui plane non expediti ſunt; Expreſſe enim princeps ſereniſſimus in reſcripto d. 5. Mai 1751. dato, dicaſteriis Saxonicis iniungit, ne eiusmodi quid iudices impune agere permittant, cuius verba haec ſunt:

*Von Gottes Gnaden Friedrich Auguſt König in Pohlen, Churfürſt.*

*Hochgelahrte, liebe getreue: Nachdem unſere intention dahin gehet, daſs ihr bey denen von euch in urteln oder deciſis zu moderirenden unkoſten, wenn gleich wegen häuffung derſelben und unnöthigen weitläuftigkeiten von denen partheyen nichts erinnert worden, dennoch ex officio in allen vorkommenden ſachen ſowohl darauf, ob ſolche taxmäſsig angeſetzet, ſehet, als auch jedesmahl genau unterſuchet, ob die expeditiones, vor welche ſelbige liquidiret, nach gelegenheit des proceſſes nöthig geweſen, und da ihr dieſes nicht befindet, denen richtern, welche die partheyen in unnöthige und zu ihren ruin gereichende unkoſten ſtürzen, ſo wenig advocaten, die dergleichen mit cauſiren, dafür einige unkoſten paſſiren laſſen, vielmehr beyde in reſtitution derer bereits*

*reits erhobenen condemniret, ſo iſt unſer begehren, ihr wollet euch darnach allenthalben aufs genaueſte achten. Daran geſchiehet unſre meinung.*

*Datum, Dresden am 5ten Mai 1751.*

*An*
*die Iuriſten Facultät*
*zu Leipzig.*

---

## Taxa

### *derer gerichts-frohnen-land-und ſtadt-knechte auch nachrichter-gebühren.*

*wenn actus voluntariae iurisdictionis*, rel.

Haec olim prohibita erant, neque aliquid pro eiusmodi actibus peti poterat, at vero hac lege ſportularia famulis iudicii ea gratia facta eſt, vt pro eiusmodi expeditionibus aliquas ſportulas accipiant. Ante omnia tamen in vniuerſum hic notari meretur, famulos iudicii plus, quam in hac lege conſtitutum eſt, ſportularum nomine neque tum exigere poſſe, quando ipſis ſub initium muneris, *bei der beſtellung*, plus promiſſum aut conſuetudine receptum ſit. Apparet hoc ex reſcripto d. 7. Sept. 1726. praefecto Grüllenburgenſi dato: *Wir haben verleſen hören, was du in deinem berichte — wegen deines amtsfrohns zeithero genoſſener und in ſeiner beſtallung mit verſchriebener gewiſſer gebühren vorgeſtellet haſt. Allermaſsen nun den amts und gerichtsfrohnen, wenn ſie ſich ſchon auf ihre beſtallung beziehen wollen, dennoch ein mehreres nicht, als was ihnen in unſrer neuen tax ordnung geordnet und geſetzet worden iſt, paſſiret werden kann, noch ſoll; als iſt unſer begehren, du wolleſt deinen amtsfrohn mit ſeinem darwider beſchehenen ſuchen abweiſen.*

Idem quoque apparet ex ſequenti reſcripto d. 9. Novbr. 1724. praefecto Ileburgenſi a principe dato; *Wir*

*Wir haben aus deinem allerunterthänigſten berichte jüngſthin verleſen hören welchergeſtalt der amts-landknecht bei dir, ob er wohl ſeine ausgemachte gewiſſe beſoldung an gelde, korn und holz jährlich gereichet bekomme, dennoch auſser denen ihm in der tax ordnung geſezten ſportuln, annoch jährlich dreimal, als zu neujahr, oſtern und michael von den amtsunterthanen in ſämtlichen dorfſchaften und gemeinden, aus jedem hauſe terminlich 1 gr., welches jährlich über 70. thlr. betrüge, hierüber auch noch von vorgetragenen käufen, conſenſen und andern kontracten, ingleichen von quittungen und vormundſchaftsbeſtätigungen jedesmal, 1. auch 2. und mehrere groſchen fordere und bekäme, ſo aber bishero nur eine bloſe gewohnheit geweſen wäre, und wie du darbei, ob der landknecht ſolches noch ferner prätendiren könne, und ihm verſtattet werden ſollte, um unſre reſolution und verordnung zugleich mit angeſuchet; allermaſsen wir nun nicht geſchehen laſſen können, daſs ſelbiger dergleichen eigenmächtig ſich angemaſste accidenzien von denen unterthanen und partheyen fordern und nehmen möge; als iſt hiermit unſer begehren, du wolleſt ihm, daſs er ſich deſſen hinführo ſchlechterdings enthalten, und mit denenjenigen, was in unſrer neuen tax ordnung ihme vorgeſchrieben und geſetzet worden, begnügen laſſen ſolle, aufs ſchärfſte unterſagen, und nachdrücklich andeuten. Mochten dirs nicht bergen und geſchiehet daran unſre meinung.*

Quae cum ita ſint, haud inutile arbitror, quasdam res aut expeditiones, quot mihi cognitae ſunt, nominetenus allegare, pro quibus famulo iudicii aut praefecturae aliquid exigere aut permiſſum aut prohibitum eſt.

Iam ſupra ad no. 77. annotauimus, eiusmodi perſonis in terminis ſub nomine *der aufwartung* nihil deberi, id quod etiam nunc repetendum atque pluribus ſententiis Ordinis ICtorum Lipſienſis confirmatum eſt; Etenim non ſolum menſe Maio 1781. ad iuſtitiarium pagi Ober-Poellnitz ita iudicatum eſt, verum etiam paullo poſt, eiusdem iudicii famulo petitos 6 groſſos, quotiescunque ipſe cum Commiſſario in pago Zwethau fuerat, ſumere interdixit. Eadem ratione famulis iudicii in interrogandis reis nihil

nihil debetur, ita enim praecipit ſententia Facultatis Iuridicae Lipſienſis ad iudicium Münchenbernsdorfenſe menſe Maio 1789. directa: *immaſsen dem gerichtsdiener bei der vernehmung keine aufwartungsgebühren paſſiren.* Eadem prohibitio praeter reos intuitu teſtium quoque interrogandorum, qua occaſione famulus iudicii duos groſſos petierat, menſe Auguſto 1789. ad praefectum Wechſelburgenſem repetita eſt, ſimulque iuſſum, vt neque pro terminis in cauſis ciuilibus obuiis neque in termino publicationis iis quidquam ſoluatur, id quod etiam ex ſententia eadem menſe et anno ſenatui Iüterboccenſi lata diſcimus. Simili modo neque pro denunciatione criminis eiusmodi perſonis aliquid ſoluendum eſſe Ordo ICtorum Lipſienſium menſe Auguſto 1789. propterea arbitratus eſt, quia inueſtigatio criminum ad officium eius praecipue pertineat, neque pro perſonarum iudicialium annuntiatione, vt in cauſis iniuriarum aut aliis rebus denunciatoriis leuioris momenti iuſto tempore compareant, iis ſportularum nomine anno 1782. aliquid concedere eidem Ordini placuit. Vltimo loco hoc annotandum, famulum praefecturae ne a nouo ſubdito quidem, vel ab eo, qui in iurisdictione praefecturae fundum emit, aliquid exigere poſſe, vti princeps ad praefectum Senftenbergenſem d. 24. Nov. 1724. reſcripſit: *Der amtsfrohn ſoll auch die angeſezten 2. gr. von jedem neuen amtsunterthan oder ankäufer eines guthes fernerhin nicht fordern.* At vero iure meritoque competit famulis praefecturarum ius ſequentes ſportulas petendi, et quidem 1 gr. pro vocatione aut mandato perſonarum iudicialium in cauſis criminalibus, *für die beſtellung der gerichten*, id quod anno 1781. Ordo ICtorum Lipſienſium permiſit; deinde ipſi competunt 6. groſſi, quando artifices imperitos, *die pfuſcher*, in pagis praefecturae iurisdictioni ſubiectis apprehendit atque remouet. Praeterea etiam pro aliis expeditionibus famulo iudicii aliquid debetur, v. g. 1 gr. pro qualibet ſchedula, quam curandam atque reddendam praefectus ipſi mandauit, 6 gr. ſi in pagis cereuiſiam peregrinam, eamque vetitam, auctoritate iudicii aufert, et 3. gr. ſub voce *meilengeld* in eadem expeditione; denique pro exactione cenſuum pecuniariorum aliorumque, et expenſarum iudicialium, praeter eandem pecuniam milliariam, *das meilengeld*, 3 groſſi famulis praefecturarum aſſignati ſunt. Permiſſum id eſt in re-

reſcripto laudato ad praefectum Senftenbergenſem d. d. 24. Nov. 1724. — *worauf unſer begehren, du wolleſt den amtsfrohn dahin weiſen, daſs er, 3) und 4) wenn ein ſtöhrer oder pfuſcher in denen amtsdörfern aufgehoben, und denen unterthanen, ſo fremdes bier unter dem amte einführten, ſolches auf amtsverordnung nebſt denen bürgern zu Senftenberg, welche das* ius prohibendi *hätten, weggenommen würde, für ſeine dabey habende verrichtungen, jedesmal ein mehreres nicht, als nur 6 gr.* excluſiue *derer 3 gr. reiſegebühren für jede meile nach anleitung der neuen taxordnung vor die gerichtsfrohnen bekommen und haben ſolle, und 7) vor die executionsgebühren bei einbringung der geldzinſen, amtsunkoſten und dergleichen ebenfalls nur 3 gr. nebſt denen für jede meile geordneten 3 gr. gereichet werden ſollen und mögen.*

### *ad no. 11. die gerichte zu beſtellen.*

Haec vnice de famulo iudicii intelligenda ſunt, iudex enim ipſe neque pro mandato famulo dato, neque pro regiſtratura, qua teſtatur, ſe conuocationem aſſeſſorum iudicialium mandaſſe, aliquid accipere poteſt, ex ſententia Ordinis ICtorum Lipſienſium ad praefectum Waldenburgenſem menſe Iulio 1789. data.

### *ad no. 14. 15. ſeq.*

Hoc loco ſententiae quorundam ICtorum mentionem facere oportet, qui ad hunc no. 14. et ſequentes numeros in praefecturis minores ſportulas tunc peti debere arbitrantur, quando eae ex fiſco principis ſoluuntur, quodſi vero ſumtus inquiſitionis aut ab inquiſito ſolui poſſunt aut ex conſuetudine a ſubditis feruntur, tunc ſportulas hac tabula praeſcriptas ſoluendas eſſe ſibi perſuadent. Nititur illa ſententia, quod in praefecturis minus ſportularum exigi debeat, Generali aliquo ſub die 28. Iuli 1730. emiſſo et Codici Aug. Cont. p. 486. inſerto, quo id expreſſe iuſſum videmus. At vero cum haec lex particularis nouiſſima lege ſportularia vniuerſali d. a. 1764. mihi ſublata videatur, equidem huic ſententiae adſtipulari neutiquam poſſum. Interea

terea haud ſuperfluum erit, hanc differentiam inter ſportulas praefecturarum atque reliquorum iudiciorum paucis attingere. Eſt vero haec:

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *ad no.* | 14. | *loco* | 6 | *gr.* | *in* | *praefecturis* | *debentur* | 3 *groſſi.* |
| | 15. | — | 3 | gr. | — | — | — | 2 — |
| | 16. | — | 6 | — | — | — | — | 3 — |
| | 17. | — | 4 | — | — | — | — | 2 — |
| | 18. | — | 5 | — | — | — | — | 4 — |
| | 21. | — | 2 | — | — | — | — | 1 — |
| | 22. | — | 1 | — | — | — | — | — 6 *pf.* |
| | 23. | in praefecturis in totum ceſſat. | | | | | | |
| | 24. | loco | 4 | gr. | *in* | *perfecturis* | — | 3 *groſſi.* |
| | 25. | — | 4 | — | — | — | — | 3 — |
| | 26. | — | 6 | — | — | — | — | 4 — |
| | 27. | — | 6 | — | — | — | — | 4 — |
| | 28. | — | 6 | — | — | — | — | 4 — |
| | 30. | — | 6 | — | — | — | — | 4 — |

*ad no.* 17. verb. *auslöſung.*

Hoc caſu, ſi ſcilicet famulus iudicii ad accerſendum reum peregre abire obligatus eſt, praeter hos 6 groſſos, ſub nomine *der auslöſung*, alios adhuc ſumtus itineris petere nequit; Exegerat illos famulus iudicii cuiusdam, at vero Ordo ICtorum Lipſienſium ſententia hanc in rem lata id expreſſe prohibuit menſe Auguſto 1789.

*ad* verb. *was derer nachrichtergebühren betrift bleibt es bei demjenigen was in der erledigung der landesgebrechen vom iahr* 1661. *und in dem generali vom* 15. *Iun.* 1744. *verordnet worden.*

Haec taxa carnificum praecipue ad cauſas criminales coram iudiciis paganis agendas applicanda venit, quoad iudicia militaria enim mutatam taxam partim in Edicto d. d. 15. Iun. 1744. in Suppl. Cod. Aug. pag. 493. videmus, partim etiam quaedam in tabula ſportularia nouiſ-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0211-9

ſimae legi militari *dem kriegs gerichts-reglement* d. a. 1783. adiecta inuenimus.

*ad no.* 33. *et* 34. *von jeder perſon ſo vom leben zum tode gerichtet wird;* rel.

Haec in vniuerſum pro omni actu accipienda ſunt; etenim pro executione, *der hinausſchleifung, köpfung und flechtung aufs rad,* nonniſi 2 thlr. 12 gr., ideoque pro omnibus his actibus coniunctim poſci poſſe, item victum non ratione plurium carnificis comitum et equorum deberi, etſi aliunde accerſiti fuerint, bis in Scabinatu Lipſienſi, primo, menſe Auguſto 1725. ad ſenatum Coelledanum et deinde menſe Octobri 1741. ad praefectum Zwickauienſem pronuntiatum eſt. At vero pro delinquente in patibulo ſuſpenſo auferendo ſiue eo conſilio vt ſepeliatur ſiue vt Anatomiae profeſſoribus tradatur dimidia pars illarum ſportularum, ſcilicet 1 thlr. 6 gr. carnifici ſoluitur. Patet hoc ex decreto a potentiſſimo rege olim ſ. d. Dresd. d. 7. Iul. 1727. Vatero, Profeſſori quondam Vitebergenſi hanc in rem dato:

*Nachdem bei dem Allerdurchlauchtigſten — Dr. Abraham Vater, P. P. zu Wittenberg unterthänigſt angebracht und vorgeſtellet, wie daſs die ſcharfrichter im lande vor das abnehmen derer mit dem ſtrange hingerichteten miſſethäter, wenn deren körper zur anatomirung abfolgen zu laſſen verlanget würde, ein ſehr hohes an gebühren zu fordern ſich unterſtanden, und dadurch allerhand auffenthalt und beſchwerlichkeiten verurſachet hätten, ſo haben Ihro K. M. hierauf reſolviret, daſs denen ſcharfrichtern vor die abnehmung eines dergleichen delinquenten körpers mehr nicht als* 1 *thlr.* 6 *gr. überhaupt gereichet werden ſollen.*

Idem etiam princeps ſub die 16. Iulii 1727. praefecto atque ſenatui Torgauienſi iisdem verbis reſcripſit.

*ad no.* 37. *vor ſchlagung eines namens an den galgen.*

Hi ſedecim groſſi ita intelligendi ſunt, vt pro qualibet ſingula lamina ſoluantur, etſi plura nomina ipſi inſcripta aut in-

incisa ſint; apparet hoc ex reſcripto d. 29. April 1727. ad ſenatum Fribergenſem dato: *Wir laſſen es auf des nachrichters bei euch I. E. N. hierbei geſchloſſenes unterthäniges ſuppliciren wegen ſeiner gebühren, vor die anſchlagung derer deſerteurs an die iuſtitz, und daſs ihm vor einen jeden dererſelben wenigſtens die hälfte von denen in unſerer neuen tax ordnung geſezten 16 gr. gereichet werden möchte, ſeines vorſtellens ungeachtet, bey unſrer euch in dieſer ſache vom 17ten dieſes monats ertheilten verordnung, vermöge deren er vor die anſchlagung eines jeden bleches, ſo viel auch deſerteurs darauf ſtehen möchten, nur 16 gr. fordern und bekommen ſoll, nochmals lediglich bewenden, und begehren demnach hiermit, ihr wollet ihn deſſen anderweit nachdrücklich bedeuten, und mit ſeinem ſuchen ſchlechterdings abweiſen.*

Clarius autem id adhuc apparet ex reſcripti d. 17. April. 1727. ad eundem ſenatum dati verbis: *Es hat unſer obriſter F. L. v. G. in unterthänigkeit vorgeſtellet, wie daſs der nachrichter bei euch vor anſchlagung 4. bleche an die iuſtitz, worauf 37. deſerteurs von ſeinem regimente bemerkt wären, für jedes namen von denſelben 16 gr. gefordert und ſich diesfalls auf unſre neue tax ordnung berufen; — Worauf hiermit unſer begehren, ihr wollet berührten euern nachrichter, daſs er geſtallten ſachen und denen hierbei befundenen umſtänden nach, vor die anſchlagung eines dergleichen bleches, ſo viel auch darauf deſerteurs ſtehen möchten, mehr nicht denn 16 gr. fordern und nehmen ſolle, behörig und nachdrücklich bedeuten, auch benöthigten falls ihn dazu gebührend anhalten laſſen.*

Quodſi vero duae vel plures laminae iunctae ſint, carnifex pro earum affixione ad patibulum 1 thlr. 8 gr. accipiet, quo caſu tamen itidem nulla ratio habetur, quot nomina iis inſcripta legantur. Videmus id ex reſcripto d. 22. Iun. 1726. ad ſenatum Torgauienſem miſſo: *Allermaſſen wir es nun dabei bewenden laſſen, daſs dem ſcharfrichter für das anſchlagen eines einzelnen bleches 16 gr., für 2 dergleichen zuſammen gelöthete bleche aber 1 thlr. 8 gr., ſo viel*

 *auch*

*auch darauf nahmen ſtehen möchten, entrichtet und bezalet werden mögen und ſollen; Als iſt unſer begehren.* —

# Taxa

*derer advokaten- und anwaldſchafts-gebühren in den churfürſtl. ſächſ. hohen iudiciis, ämtern und untergerichten, auf dem lande und in ſtädten.*

*ad no.* 11. *vor das ſchriftliche verfahren*, rel.

Hoc loco probe notandum, praeter eiusmodi ſcripta, quae ſuper probatione atque reprobatione ab Aduocatis ad Acta traduntur, nihil huius rei cauſa ſub alia ſpecie ab iis poſci poſſe, quare cum menſe Ianuario 1788. qui ab actoris partibus ſtabat 7. thaleros et rei patronus 3. Imperiales pro extrahendis rotulis petiiſſent, Ordo ICtorum Lipſienſium id valde improbauit, atque, ne tale quid in futurum poſcere audeant, iis plane interdixit, ex ea ratione, quia ſub 2. vel. 3. Imperialibus, hoc numero 11. conſtitutis, iam opera pro extrahendis rotulis comprehendatur, et ſine hac ſcripta ipſa a cauſarum patronis confici nequeant.

*ad no.* 25. verb. *reiſegebühren und auslöſungskoſten.*

Si curator bonorum extra iudicium concurſus litem aliquam ſuscipere debet, hi ſumtus ipſi quoque tunc debentur, niſi forum proceſſus a iudicio concurſus nimis diſtet, in quam rem Ordo ICtorum Lipſienſium menſe Auguſto 1789. reſpondit, quamuis ipſam locorum atque iudiciorum diſtantiam non determinauerit.

*ad no.* 26. verb. *bey denen extraiudicial verrichtungen*, rel.

Hoc loco vnicum illud addere placet, quod eiusmodi expeditiones earumque remuneratio plerumque nonniſi ab arbitrio iudicis pendet, quoniam plurium actuum extraiudicialium nulla omnino mentio hac tabula ſportularia iniicitur.

Ita

Ita enim, vt hoc vnico exemplo vtar, cum perſcrutandae et defectandae (ſi breuitatis cauſa hac etſi barbara voce vti licet,) ſpecificationis ſuper hereditate aliqua confectae nulla mentio fiat, eius rei taxa ſecundum operam atque laborem huic rei impenſam ita conſtitui atque determinari ſolet, vt vnus, duo aut etiam plures Imperiales poſtulentur, quos ſportulas deinde iudex pro lubitu moderatur. Id quod etiam intuitu plurium eiusmodi actuum atque expeditionum extraiudicialium, praeſertim quoad cauſas Notariorum, fieri ſolet.

# Taxa

*für die advocaten in der Niederlauſitz, inhalts der advocaten ordnung d. dato Dobriglugck, den 6. Septbr. 1672. wovon jedem advocaten, er mag vor hohen oder niedern iudiciis in der Niederlauſitz wo es auch ſey practiciren wollen, bey der verpflichtung ein mundirtes exemplar gegeben wird.*

| | thlr. | gr. | pf. |
|---|---|---|---|
| *Von einem ſchlechten ſupplicat* | — | 6. | — |
| *Von einem weitläuftigen, darinn die rationes und iura angeführt* | — | 12. | — |
| *Von einer ausführlichen deduction, oder refutations - ſchrift* | 1. | — | — |
| *Vor eine vollmacht zu extendiren* | — | 6. | — |
| *Vor einen aufſatz eines vergleichs, ſo er in unterſchiedenen puncten beruhet* | 1. | — | — |
| *Wenn er aber nicht weitläuftig, und über ein blatt nicht beträgt* | — | 12. | — |
| *Wenn ſie an den orten, da ſie iemand dienen, oder die ſachen extraiudicialiter vortragen, wohnhaftig und zur ſtätte ſind, von jedem tage ſo lange die handlung währet mehr nicht denn* | — | 12. | — |
| *bis* | 1. | — | — |



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0215-2

| | thlr. | gr. | pf. |
|---|---|---|---|
| *Wenn ſie rechtlich verſetzen, von jedem ſatz vor der kriegs-befeſtigung* | — | 12. | — |
| *Nach der kriegs-befeſtigung von jedem rechtlichen ſatze* | — | 21. | — |
| *bis* | 1. | — | — |
| *Da aber auf gezeugniſs oder ſonſten product- und ſatz-ſchriften etwan zu verfertigen, ſoll ihnen nach gelegenheit der ſachen und perſonen auf ermäſſigung erſtattung geſchehen;* | | | |
| *Werden ſie aber über land gebraucht ſo ſoll ihnen, über vorhero geordnete gebühren vor die aufwartung und geſetze nebſt nothwendiger fuhre und zehrung von jeder meil-weges gezahlet werden* | 1. | — | — |
| *Von einem verhör nach wichtigkeit der ſache* | | | |
| *12 gr. 18. gr. bis* | 1. | — | — |
| *Dafür ſollen ſie denen partheyen es ſey in ſummariis, verträgen oder rechtlichen verſetzen, dienen, und ſie mit einem mehrern nicht belegen, noch derowegen verbotene heimliche vereinigung machen, es ſoll auch in allen fällen, ihnen auf dem zurück wege, auſſerhalb der fuhren und zehrung nichts mehr vor acta zu revidiren, und ſich daraus zu informiren, und zwar, wenn einem advocato eine ſache, darinnen bereits acta ergangen, von neuen aufgetragen wird ſemel pro ſemper* | — | 12. | — |
| *Einer zeugen-production beyzuwohnen und das was dabey nöthig zu verrichten gegeben werden.* | — | 12 | — |

IN-

# INDEX

## ad tres tomos pertinens.

### A.


*Abolitio torturae* a maioribus intermiſſa et cur? I. 93.

*Academiae Lipſienſis* immunitas a ſportulis in quibusdam cauſis. III. 150.

*Acceptatio* in donatione an neceſſaria. II. 100.

*Acceptare*, quid? II. 104.

*Accipere*, quid? II. 106.

*Acceptilatio*, quid? II. 109.

*Ackordsproceß*. III. 8. 92. 93.

*Arhiatri* palatini, qui? I. 404. ſq.

*Achtsproceſs*, quaenam habeat ſingularia? I. 88. ſq.

*Acta apud Romanos* quae? I. 217. quotuplicia? ibid.

*Actorum* (*pro*) *cura* bene conſeruandorum foliis ſignandorum, conſuendorum orum etc. nihil ſportularum nomine datur et accipitur. III. 150.

*Actiones*, quae competant propter fideicommiſſa gentilitia conſequenda? II. 70.

*Actio ex iureiurando* an iure Romano ſit data? II. 293.

*Actio dotis* ex nuda promiſſione inducta. I. 371.

*Actio in factum* ſeu ſubſidiaria interdum a Praetore data? II. 298.

*Actiones perpetuae* quomodo dicuntur? I. 329.

*Actiones ad ius aquae impetratae* pertinentes. II. 53.

*Actoris* conditio an per L. Conteſtationem fiat deterior? I. 323. *Actor* per reprobationem probans III. 78. *Actor* per reprobationem nonniſi in tantum probat, in quantum reprobantis media ipſi communia facta ſunt. III. 79. *Actor* per reprobationem vt plurimum in ſupplementum tantum probat. ibid. *Actor* non probat per reprobationem, ſi probationem deſeruerit III. 87. nec ſi probationi renunciauerit ibid.
*Ademtio vexilli poena* militum. I. 131.
*Adnaſci* quid? I. 275.
*Adſcriptiones.* I. 241.
*Advocati forum propter* iniurias ore prolatas. I. 5.
*Aedes Romanorum* inſulae. II. 305.
*Aediles* aquarum curatores. II. 18.
*Aeliana* Scta II. 13.
*Aerker und Altane* quid de his iuris? II. 303. ſqq.
*Agrippae commentarii.* I. 18.
*Alienatio rei litigioſae* prohibita I. 335. hodie, ni doloſe facta, valet. I. 360.
*Alternativa* cauſa hodie per litisconteſtationem pura non redditur. I. 368.
*Amputatio manuum,* olim frequens, hodie rara vel nulla. I. 198.
*Animus delinquendi ſolus* quatenus in furto periculoſo poenae irrogandae ſufficiat? I. 178.
*Anaſtaſius Imperator* primus praeſtitit iusiurandum religionis. II. 132.
*Annonae* et annonariae functiones quae? I. 220.
*Antinomia* inter leg. 29. D. de lib. et poſth. et leg. pen. D. de leg. I. ſublata. I. 274.
*Antonius Muſa.* I. 402.
*Anteſtati* notatio. I. 316.
*Apronianus,* edicti auctor, quis? et quando vixerit? I. 201.
*Apuleius* illuſtratur. I. 472.
*Aquae et ignis* interdictio cur civitatem ademerit? I. 443.
*Aquaeductus Romanorum.* II. 3. eorum origo. ibid.
*Aquaeductus privatim* ſervitutis cauſa productus. II. 8.
*Aqua caduca.* II. 2.
*Aquariae leges.* Vide ſ. v. leges.
*Aquaehauſtus.* II. 57.
*Archiatrorum* privilegia. I. 404.

*Ar-*

*Armorum* qualitas in furto periculoſo. I. 183.
*Ariſtotelis* definitio, iuriſiurandi. II. 259.
*Arquebuſade.* I. 132.
*Aſſeſſoris* in iudiciis criminalibus militaribus, an integritatem iurato promittere teneantur. I. 116. iudiciorum in civitatibus an pro adſeſſura aliquid accipere poſſint? III. 170. ſq.
*Atrium* in templis, quibus uſibus fuerit deſtinatum? II. 198. ſq.
*Auditeurs.* I. 112. iis non opus eſt notariorum dignitate. I. 113. redditur eius rei cauſa. ibid.
*Auctoritas tutoris,* non neceſſaria in mulierum negotiis confirmandis. II. 113. vtrum hodie ſit actus legitimus. II. 115. quid hodie ſibi velit? ibid.
*Auslöſung* quid ſit? III. 154. 158. 183.
*Auszug* i. e. reſeruato ruſtico emtioni. uend. inſerto, quatenus ſportulae pro confirmando a iudice contractu creſcere debeant? III. 136.

B.

*Balneorum favor* apud Romanos. II. 37.
*Banqueroutiermandat'(s des)* §. 17. explicata et illuſtrata. III. 89. ſqq.
*Bannitorius* proceſſus, quo in foro poſſit et debeat inſtitui. I. 9.
*Barbaries gloſſatorum* et qui eos ſequuntur, exprobratur. II. 208. 209.
*Baſilicae,* ſepeliendis ſanctis primum, deinde reliquis hominibus deſtinatae. II. 185. ſqq. 194. ſqq. quem morem Carolus M. lege lata damnavit. II. 195.
*Beda Venerabilis* laudatur. I. 423.
*Beneficium immunitatis* a ſportulis ſoluendis, quibus ſit conceſſum? III. 199. ſqq.
*Brummeri* ad legem Cinciam ſententia de doni et muneris diſcrimine reiicitur. II. 102.
*Burgfriede* quid? I. 185. quam late pateat et ad quas principum habitationes extendatur? I. 192.
*Burgfriedensbruch* I. 185.

## C.

*Calix*, quid? II. 25.
*Camera (in)* in Imperii imprimis uſitatum eſt remedium ſyndicatus. II. 85.
*Cancellarii* in ed. Apron. quinam? I. 214.
*Canon*, quid? I. 223.
*Cartels*, quid? quidque in eiusmodi pactis ſit iuris. I. 26.
*Caſus ad quem* poſt L. Conteſtatam pertineat? I. 346. ſqq.
*Caſſatio vel ſimplex* vel infamiam ſecum habens. I. 130.
*Caſtella*. II. 5. publica fuerunt partim, partim priuata. II. 6.
*Catalogus* alphabeticus eorum, qui priuilegiis famulorum propter mercedem reſiduam gaudent. III. 305. ſqq.
*Cauſa* apud rhetores, item apud ICtos quid? I. 310.
*Cauſae* adferuntur, vbi vere *ceſſat hodie litis conteſtatio*. I. 353.
*Cautio pro exp.* eſt indiuidua. III. 31. qui ſalariati ab ea immunes. III. 30.
*Cautio pro expenſis*, vnde? III. 21. eius abuſus. 22. ceſſat in plerisq. ſummariis cauſis. 24.
*Cautio* fideicommiſſaria. II. 65.
*Cenſores aquarum* curatores. II. 18. 19.
*Certamina* ſingularia habent poenam certam, ni vero ſtatui poſſit, imaginariam. I. 140.
*Ceſſio actionis litigioſae* hodie non prohibita. I. 359.
*Chriſtiani* homines plumbatis caeſi. I. 229. 233. *Chriſtianis* placuiſſe humationem cadauerum, reiecta combuſtione. II. 178.
*Circulatores* medici qui? I. 409.
*Ciceronis* de vi iuriſiurandi ſententia. II. 153. quomodo definierit iusiurandum. II. 259.
*Citatio edictalis* in proceſſu deſertionis quae? I. 85. in cauſis criminum. I. 81. ſq. in foro militari I. 111. eius indoles ac forma. ibid. *peremtoria* non facile a iudice diſcernenda, niſi lege vel ſententia iubente. I. 84. *realis* in iudicio ciuili rarius decernitur, quam in iudicio criminali militari. I. 110. litis conteſtatio non interrumpit praeſcriptionem ſed *citatio*, I. 355. citatio rem reddit litigioſam I. 359. malam fidem iudicit. I. 368.

368. *edictalis in proceſſu* concurs. III. 14. ſq. diuerſa eſt pro debitorum communium diverſitate III. 15. an in curiis Lipſ. ac Dreſd. et in valuis prefect. ſit affigenda. 17. an in ſuro concurſus. 17. quis eligat emporia in quae mittitur haec. citat. III. 19. qualis ſi in Luſatia haec. cit. III. 20.

*Ciuium Romanorum* priuilegium, quo unuſquisque et retinendi et dimittendi iuris ſui dominus erat. I. 325. 443.

*Clariſſimus vir*, quis olim dictus. I. 203.

*Clerus quo* tempore primus coeperit praeſtare iusiurandum religionis. II. 132.

*Clauſulae jurandi* formulis aidiungi ſolitae ſunt arbitrariae. II. 269. variae. ibid.

*Cognitor* quis uett. Romm. ſit dictus. I. 438.

*Commeatus* liber in via regia. I. 137.

*Commentarii* aquae. II. 35.

*Communio* mediorum probandi qualis ſit? III. 78. quando incipiat? 80.

*Commiſſionsgebühren.* III. 158. ſq. et 157.

*Compenſatio* an ſufficiat ad condemnandum eum, qui criminis violatae legis de concredita pecunia incuſatur. I. 55. ſq. Compenſationis in concurſu plena atq. accurata diſquiſitio. III. 65.

*Contractus* feminarum an ſola ratihabitione firmentur. II. 110. ſqq. contractus pupillorum claudicantes. II. 330. hodie omnium qui 21. annis inferiores ſunt, ipſo iure ſunt null. II. 331.

*Concilii Braccarenſis* canon de ſepultura in templis licita. II. 194. *Nannetenſis* prohibitio eiusdem generis. I. 195.

*Concurſus* initium. III. 2. ſq. eſt formalis et materialis. ibid. differt a ceſſione bonorum. III. 8. et ab *Accordsproceſs.* ibid. reſponſum Lipſ. ICt. ſuper initio conc. III. 9. concurſum creditorum eſſe pro vniuerſitate habendum, affirmatur. III. 34. Concurſus an impleat debitoris obligationes? III. 50. quatenus in omnia iura debitoris et obligationes ſuccedat. III. 54. exceptiones eius rei. III. 55. atq. exempla. p. 55. in creditorum concurſu, quid circa *compenſationem juris* ſit, diſquiritur 65. ſqq. variae ſpecis in ea re ſecernuntur. 66. ſqq.

*Conſt.*

*Conſt. Carol. Crim.* improbauit iudicia dei I. 96. fauebat tormentis. I. 97. in magna habebatur veneratione I. 95. 96.
*Conſtitutio judicii* militaris criminalis. I. 114.
*Conteſtari* quid proprie velit. I. 296. reum non dici litem conteſtari ſed iudicium accipere. I. 298. actorem conteſtari litem cum reo, probatur ibid.
*Contumacia,* rei in cauſa criminali. I. 85.
*Contumax* qui? I. 85. qui in proceſſu inquiſitorio. ibid.
*Conuentu (in)* prouinciali anno 1592. habito cogitatum eſt de Calviniſmo reprimendo. II. 136.
*Corpus delicti,* in crimine aduerſus leges de pecunia concredita admiſſo. I. 49. 70. in furto periculoſo. I. 179.
*Cornicularii* ſ. ſcribae qui? I. 214.
*Crimen interuerſae pecuniae* concreditae ad conſt. Sax. de pec. concr. d. 17. Dec. 1767. promulg. I. 38. ſqq. quid? I. 39. violatae burgfridae I. 186. in quos committatur? I. 187. differt a vi publica, laeſa maieſtate, iniuria ob loci religionem atrociori. I. 187. differt a crimine pacis domeſticae violatae. ibid.
*Cultus diuinus,* quibus rebus contineatur. II. 254. duplex eſt, externus et internus. II. 253. an iurans, eo ipſo, quod iurat, Deum colere putandus ſit? II. 254. ſqq.
*Curiales exemti* a quibusdam poenis. I. 240. eorum munus et dignitas. I. 406.
*Curatoris* mulierum officium, quibus rebus contineatur. II. 111. *Curator bonorum* an pro expenſis caueat? III. 32.
*Cynus gloſſator* primus defendiſſe videtur, acceptationis vſum in donationibus. II. 109.

D.

*Damnatio memoriae* differt ab executione poena repraeſentatiua. I. 157.
*Decimatio* poena militaris. I. 131.
*Delegatio* an et quatenus connexa ſit cum litiscont. I. 317.
*Depoſitarum* rerum ius in concurſu. III. 60.

*Deſer-*

*Deſertio malitioſa*. I. 70. eſt iuſta diuortii cauſa. ibid. *militaris* locum facit executioni poenae repraeſentatiuae. I. 162.
*Deſerta pars* quid officii habeat in lite deſertionis. I. 71.
*Dicere dotem* qui potuerint. I. 373.
*Digitis vtebantur* veteres computandi cauſa. I. 421.
*Diuortium* doloſe impetratum. I. 72. an puniatur? I. 78. quae ſit poena. I. 79. exemplum eius. ibid. quomodo fraudulenta diuortii impetratio euitari poſſit? I. 80. ſqq.
*Documenta producta* quatenus fiant communia. III. 82.
*Domus dominica*. I. 186.
*Dominium litis*, quos habuerit effectus? I. 338. Verior eſt eorum ſententia, qui dominio litis in noſtris foris locum dari negant. I. 361.
*Donatio* quid, vnde ſit et an acceptationem alterius requirat? II. 201. ſqq.
*Donationes a debitore* obaerato factae, quatenus concurſu ſuborto valeant? III. 62. ſq. 64.
*Donatus* notatur. I. 377.
*Donum* an a munere differat. II. 100.
*Dos*, data, dicta, promiſſa quid? I. 371.
*Dotis* dictio quae? I. 371.
*Duodecim tabulae*, quid de poſtum. ſanxerint. I. 265. earum formula, *uti pater leg*. explicatur. I. 270.

E.

*Edictum Apronianum* primum. I. 200. ſecundum. I. 215.
*Emendatio* actionis. I. 336.
*Emtio carnis* per micationem. I. 207. emtio uenditio a debitore obaerato perfecta, quatenus ſit a concurrentibus creditoribus conſummanda. III. 59. ſq. *Emtione* (pro) venditione confirmanda quasnam ſportulas praeter taxam iudex iure poſtulare poſſit? III. 134. ſqq.
*Epiſcoporum* priuilegia quoad ſepulturam in templis. II. 203.
*Erogator* obſoniorum quis? I. 425.
*Ergaſtula* non ſolum puniendorum malorum cauſa inſtituuntur ſed interdum tormentorum in locum ſubſtituta. I. 99.

*Exagio* (ſub) uendere pecus. I. 208.
*Exceſſus in defenſione* ſui violenta. I. 101. an puniatur. I. 105.
*Executio poenae* in loco delicti. I. 27. intelligenda ſolum de rapina, latrocinio et furto violento. I. 27. *repraeſentatiua.* I. 156. de cuius utilitate iudicium fertur. I. 158. dupliciter peragitur. I. 159. in quibus delictis ea decerni ſoleat. I. 164. ſqq. modi ſeruandi in eiusm. execut. exemplum. I. 164. abſentis in effigie puniti vtrum poſt reditum poena ſit iteranda. I. 165.
*Eydesnotel* duplex eſt. II. 266.

## F.

*Facultatis* medicae Halenſis reſponſum ſuper ſepulturae in templis ratione. II. 224. Lipſienſis reſp. eiusd. arg. II. 226.
*Famuli iudiciorum*, quantum ſportularum accipiant? III. 198. ſqq.
*Feminarum*, an ſit in fideicommiſſis familiae ſucceſſio. II. 67. *feminas* iure XII. tabb. in heredibus ſuis fuiſſe negatur. I. 378. 379. immo adfirmatur. I. 267.
*Feſti* locus explicatus. I. 438.
*Fides* Germanorum laudata. II. 335. v. Germani.
*Fideicommiſſa familiae* in rebus mobilibus conſtituta. II. 60. in ea quis ſuccedat. II. 66. 67. quomodo finiantur? II. 71. vel generalia ſunt vel ſpecialia. II. 61.
*Fideicommiſſa*, eorum diuiſiones. II. 64.
*Filiae*, quae paternis bonis dotis cauſa renunciauit, an leges Romanae ſuccurrant? II. 302.
*Fiſcus* nihil fauoris quoad probationem habere dicitur. II. 238. vbi ſimul *Modeſtino* leg. 10. D. de iur. fiſc. auctori lux accenditur.
*Flamen Dialis*. I. 382.
*Flaminia*. I. 382.
*Forma*, quid interdum apud ueteres ſignificet. I. 215.
*Formula concordiae*. II. 135.
*Formula iurisiurandi* religionis. II. 129.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0224-2

*Formula juriſj.* duplex eſt. II. 266. exempla. II. 270. iuriſi. Iudaeorum. II. 274. ex mente legum de concredita pecunia. I. 46.

*Formula juris* Canonici: omne iuramentum, quod ſalua aeterna ſalute ſeruari poteſt, eſſe ſeruandum. II. 291. eam iuris ciuilis regulis et communi utilitati aduerſari demonſtratur: ibid. eiusdem brocardici exceptiones. ibid.

*Forum* militare I. 22. eſt unum atq, priuilegiatum. I. 24. *deprehenſionis* I. 148. utrum in delictis omnis generis locum habeat? I. 155. ceſſat in iniuriis leuioribus. ibid. *delicti inchoati* et *conſummati.* I. 6. 7. in foro *delicti* an bannitorius proceſſus inſtitui poſſit. I. 8. forum delinquentium triplex. I. 2. 3. praeuentio, quae fit citatione. I. 4. non ſola inquiſitione generali ibid. *militare* apud ueteres Romanos. I. 393.

*Frontiniani* libri de aquaeductibus plurima loca illuſtrantur. II. 4. ſqq.

*Functiones* quid? I. 405.

*Fundi Italici* dotalis alienatio prohibita. II. 301.

*Funeris cauſa viſcerationes* datae. I. 431.

*Fur* ad expenſas criminales iudici reſtituendas tenetur. I. 170. *armatus* vtrum is dicatur, qui uſus eſt armis non adlatis ſed in loco vbi furtum fit, inuentis? I. 182.

*Furti* diſcrimen a delicto aduerſus legem de concredita pecunia admiſſo. I. 39.

*Furtum* paſſo poſtponitur iudex, ſi furis patrimonium non ſufficiat ad ſportulas iudici exſoluendas. I. 171.

*Furtum periculoſum.* I. 174. eius indoles. I. 175. abſque ablatione, alienarum rerum perficitur. I. 177. differt a rapina. I. 175. cur grauiori ſupplicio ſit expiandum quam ſimplex? I. 176. *domeſticum* quomodo puniatur? I. 39. quando ſit conſummatum. I. 7.

*Fuſtuarium.* I. 395.

G.

*Galli Aquilii* formula. I. 271.

*Gallus Aquilius* ICtus quis? I. 271. eius formula vtrum ad alienos poſthumos pertinuerit. I. 271. 272.

Gen-

*Gentium conſenſio* in defendenda iurisiurandi vi et efficacia II. 285.
*Gerichtsherrn, eingepfarrte,* an gaudeant iure ſepulturae in templis. II. 201.
*Gerichtsleute* qui? I. 117.
*Gerichtstäge.* III. 151.
*Germani* excuſantur ob torturae abolitionem ſerius factam. I. 95. iurisiurandi tenaciſſimi fuerunt. II. 286.
*Germanica jura* nullum noſſe diſcrimen tutorum et curatorum; pupillorum et minorum. II. 329.
*Gewaltſachen* quid? I. 140.
*Gleitsrecht.* I. 136.
*Gloſſariis* graecis non ſemper fides habenda. I. 278.
*Gloſſatores* acriter perſtringuntur. II. 108.
*Graeci* magni habebant iusiurandum. II. 285.
*Graevius* reprehenſus. II. 49.
*Grotius* Hugo votum ineſſe ſtatuit iuriiurando. II. 256. refellitur. ibid.

## H.

*Habitationes principum,* quibus priuilegiis vtantur? I. 184.
*Haeretici* plumbatis caeſi. I. 240.
*Heredes* ſui, qui? I. 265. ſecundum XII. aut exhered. aut inſtituendi erant. I. 266. quot modis aliquis inter ſuos eſſe deſinat. I. 287. heredum ſuorum origo vnde ducenda *videatur.* I. 378. ſqq.
*Heredes* tenent actiones poſt L. conteſtatam. I. 331.
*Heineccius.* I. 5. paſſim emendatur. I. 437. ſqq.
*Hörcher* qui? I. 115.
*Honoratiores* qui? II. 207.
*Hombergk* Aemil. Ludo. zu Vach laudatur. I. 413.
*Horatii* locus. I. od. 31. v. 20. illuſtratur. I. 227.
*Hotomannus* F. vapulat. I. 350.

## I.

*Iahrgericht.* III, 152.
*Imperatorum* in baſilicis ſepulcra. II. 199.

*Imputatio uſurarum* ſupra modum ſolutarum in ſortem, vtrum eam ipſo iure minuat? II. 79. quae ipſa res ſententia a Curia dicta confirmatur. II. 82. 83.

*Injuriarum in cauſis* quantum ſportularum iudici liceat accipere. III. 168. ſq.

*Inſpectio eccleſiaſtica.* II. 151.

*Invocatio dei* in iureiurando definiendo an ſit neceſſaria. II. 247.

*Iudaei* numquam a cautione pro expenſis immunes. III. 36.

*Iudaeorum* conditio, quam Chriſtianorum multo deterior. II. 234. eorum fides fere nulla. II. 235. eorum libri quam habeant probandi vim. II. 236. arcentur a ſuppletorio. II. 236.

*Iudicium Dei* in ſacramento quale? et quid gentes de eo ſtatuerint? II. 252.

*Iudicia Dei* ſ. ordalia. I. 96. abrogata, ſubſtitutis in eorum ſedem tormentis. I. ibid.

*Iudex deprehenſionis*, quae habeat officia. I. 148. *ciuilis*, militem inferioris ordinis delicti cauſa prehendens, examinans, vel ad militare forum transmittens, nihil ſportularum accipit. I. 25. quid iuris habeat in militem delinquentem. I. 23.

*Iudicia pagana* criminalia ac militaria quid interſit. I. 109. ſq.

*Iudicium militare*, proprie tale quatuor perſonis in criminum cauſis conſtat. I. 116. *triplex eſt.* I. 119. *Iudicium* accipere, quid? I. 298. ordinatum. I. 309.

*Iudicum datio* ſequebatur litis conteſtationem. I. 307. non plane ceſſauit per leg. 2. C. de pedan. iud. I. 337. Iudicum in iudicando officium depingitur. II. 231.

*Iuris antiqui* ſtudium commendatur. I. 294.

*Iurisdictio criminalis*, in uia regia. I. 131. Principis, eſt ad certa crimina reſtricta. I. 143. eius fines poſiti. I. 29. ſq.

*Iura an proniora* eſſe debeant ad liberandum ab obligatione, quam ad eam confirmandam. II. 242.

*Iurare verbis* conceptis, quid? II. 266.

*Ius proiecti*, quid? II. 203.

*Ius protegendi,* quid? II. 203.
*Ius immittendi,* quid? II. 203.
*Ius aedium poſſeſſoribus* in circuitu platearum competens. II. 319.
*Ius aureorum annulorum.* I. 390.
*Ius conductus.* I. 136.
*Ius repraeſentationis* obtinet in ſucceſſione in fideicommiſſo familiae. II. 68.
*Ius impetratae* aquae. II. 8. quid? vnde? ibid. a quibus differat iuribus. II. 17. ad ſucceſſores non tranſit. II. 37. praeſcriptione adquiri potuiſſe videtur. II. 49. poenae eorum, qui aquas publicas fraudulenter duxerant. II. 50. quo iure nunc utamur circa aquaeductus. II. 57.
*Iusjurandum percontationis* quid et qua formula concipiendum? I. 71. *religionis.* II. 126. quod qui praeſtare teneantur. II. 128. eius antiquitas. II. 131. fata in Saxonia Electorali. II. 105. quinam illud abrogandum cenſuerint et qui contra. II. 138. an conſcientiae libertati contrarium? II. 140. a multis defenſum. 165. *Iurijurando*, an hoc proprium ſit, vt Deus vindex veritatis vocetur? II. 250. *juramentorum* frequentia Chriſtianae diſciplinae aduerſatur. II. 254. iurisj. notio a variis varie conſtituitur. II. 259. vera, (*quae auctori videtur*) et genuina notio iurisj. adfertur. II. 261. iusj. *in alterius animam.* II. 263. an iuri Romano notum? ibid. formatum legibus imperii, in Sax. abolitum. II. 264. eius pericula. ibid. in Sax. vſus. II. 266. *Iusj.* an nouam obligationem conſtituat? II. 284. ſq. quod affirmatur et exemplis gentium comprobatur. II. 285. an iuri Rom. efficax fuerit ad agendum? II. 193. — 199. Refutantur aduerſarii, inter quos *Malblanck.* II. 298. habeatne aliquam vim ad ſeruanda negotia inualida. II. 290. 301. ſq.
*Iuſtinianus*, libertorum et ingenuorum diſcrimen ſuſtulit, ſalvis tamen iuris patronorum partibus. I. 391. faſtidii et arrogantiae incuſatur. I. 414.

Iu-

*Iuſtitiariis* quis ſumtus itineris victusque in praedium iurisd. patrimonialem habens venientibus ſubminiſtrare debeat. III. 154.

K.

*Kaufsaufſätze*, quantum pro iis ſportularum nomine ſit ſoluendum. III. 130. 31. reſponſo ea res confirmatur. 131.

*Kriegsrecht* i. e. judicii militaris genus. I. 119. quot habeat adſeſſores et quos? I. 120. *unpartheyiſches Kriegsrecht* quid. I. 128.

*Kriegsartikel.* I. 110.

*Kriegsproceſs* in multis diſcedit a formula iudiciorum ciuilium. I. 109.

L.

*Landſchöppen* qui, vnde accipiant ſumtus in iter faciendos. III. 155.

*Lehnsquantum.* III. 46. 47.

*Lehnsſtamm.* III. 46. 47.

*Lehnbriefe* ſuper feudis allodialibus, an quid pro iis ſportularum recipere liceat? III. 144.

*Leges aquariae.* II. 11. de aqua caduca. II. 11. 12. *Quinctia lex.* II. 15. SCta Aeliana. II. 13. de *foenore.* II. 72. *ſepulcrorum.* II. 190. *Licinia* lex. I. 335. leges in Sax. *de pecunia aliorum fidei mandata ſcriptae,* quae? I. 38. qui ad earum mentem de uitanda perfidia obſtringendi. I. 40. vbi capite plectere liceat legis huius violatae reos, vbique non. I. 50. 51.

*Leges taxatoriae* ſ. ſportularum variis notis, reſcriptis et reſponſis explanantur. III. 124. ſqq.

*Lex* Iunia Velleia explicatur. I. 256. ſqq. eius nomen, auctor et aetas. I. 257. ſumma, I. 260. cauſa et occa-

 ſio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0229-3

ſio. I. 271. capita eiusd. duo. I. 275. primi capitis formula. I. 276. alterius formula. I. 283.
*Lex* 29. §. 5. π. de lib. et poſth. explicita. I. 289. eiusd. §. 6. et 7. ibid.
*Lex* 6. §. 1. π. de hered. inſt. illuſtratur. I. 279. 291.
*Lex* 10. §. 2. π. de teſt. tut. lux accenditur. I. 292.
*Lex* pen. π. de leg. I. explanatur. I. 274.
*Libellus principi* oblatus, quid effecerit iure Rom. I. 322. 334.
*Librorum ſymbolicorum* utilitas et neceſſitas. II. 156.
*Liberti* natalibus reſtituti, quid habuerint iuris? I. 389. eorum et ingenuorum diſcrimen. I. 383. 387.
*Libertae natalibus* reſtitutae. I. 389.
*Libertatis* in foro fauor. II. 239.
*Libertus* et libertinus, qui? aduerſus Heineccium. I. 441.
*Liedlöhner*. III. 100. eorum priuilegia in concurſibus hominum priuatorum. III. 100. ſqq. non ſunt e iure Rom. ibid. vtrum ad eos referendi *die Tagelöhner und Waſchweiber*. III. 103. ſqq. gaudent iure hoc ſingulari, etſi dimiſſ. ſint ex officio. III. 303.
*Liedlohn* quid? III. 103. an uſurae eius ſoluantur. III. 104. per novationem amittit naturam ſuam et priuilegium. III. 104. eorum qui huius priuilegii ſunt participes, index. III. 105. ſqq.
*Lis*, quid ſignificet? I. 295. eius *dominium*. I. 338.
*Litigioſa res* alienari nequit iure ciuili. I. 335. hodie poteſt. I. 359.
*Lites augentur* et protrahuntur per reſtitutionem in int. II. 332.
*Litis conteſtatio* quid olim et hodie. I. 295. ſqq. in iure fiebat. I. 299. idque ordinato iudicio, quod, quid ſit, exponitur. I. 309. qui actus eam praeceſſerint. I. 307. an ſit et eſſe poſſit adfirmatiua. I. 314. quando nulla opus? I. 318. vtrum in prouinciis et in publicis cauſis ea fuerit neceſſaria. I. 319. origo et hiſtoria. I. 320. effectus. I. 827. ſqq. hodierna L. C. in quibus fiat iudiciis. I. 351. hodie nec inter quaſi contractus eſt nec nouationem et delegationem parit. I. 355. ſed actiones perpetuat. I. 356.

311.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0230-5

*Locationi conductioni* debitoris communis quatenus creditores ſtare teneantur? III. 58. ſq.
*Luſatia* ſuperior, quo iure vtatur in remiſſione delinquentium I. 16. ſqq. Luſatia an habeat leges ſportularias? III. 119.

M.

*Maeniana*, quae? II. 304. diſtinguenda a parapetaſiis. II. 306. ſq. eorum origo ex Feſto et Aſconio. 307. vtilitas. II. 309. quam habuerint formam atq. ſtructuram? 310, 311. eanum in publico habere licuerit? II. 311. ſqq. eorum vſus an commendandus. II. 312. an hodie ea habere licet? II. 317.
*Maenius*, quis? II. 307.
*Magiſtratuum* ius circa maeniana prohibenda. II. 317. magg. hodierni ſupremi pupillorum tutores. II. 332. contra quosnam obtineat actio ſubſidiaria. II. 331. ſq.
*Maiores* a crimine torturae non abolitae defenſi. I. 195.
*Mandatum* de rebus concreditis El. Sax. d. 1767, uberrime atque luculentiſſime explicatur. I. 38. ſqq.
*Malblanck* Iul. Friedr. laudatur. II. 246. refellitur. II. 298. ſqq.
*Mala fides* an et quatenus per L. Conteſtationem inducatur? I. 143.
*Mandatum* El. d. 20. Febr. 1764. tabulae ſportularum praemiſſum, exponitur. III. 121. ſqq.
*Matrimonialium* cauſarum favor. II. 241.
*Matrimi et* patrimi, qui? I. 382.
*Matrimoniis* (a) Proteſtantium abeſt ſacramenti fictio. II. 241. ſuperſunt tamen illius quaedam reliquiae. ibid. quae vt proſcribantur, optandum eſt. ibid. matrimonii *confarreati* *nouus* effectus. I. 381.
*Mendacii* poena. I. 75.
*Medicorum* favor ſub. Impp. I. 402. honores. 404. filii et vxores, quae beneficia habuerint? ibid.

*Minutae cauſae*. III. 176. vtrum in iis iudicialibus perſonis aliquid debeatur? III. 176.

*Milites* ſub ipſis militiae ſignis relictis coercentur. I. 22. eorum remiſſio. I. 23. ſuperiorum ordinum honeſte miſſi in perſonalibus cauſis et propter delicta leuia ſubſunt praefectis perpetua commiſſione ea in re vtentibus. I. 24.

*Militiae* candidati, *die in Wartegeld ſtehenden* ſubſunt foro militari. I. 25.

*Minores* quando Rom. iure opus habuerint reſt. in integrum. II. 331.

*Miſſio militum* qualis poena. I. 148. 129.

*Moderatio innoxiae* tutelae an furi competat, cui furtum paſſus iniuſtam vim infert? I. 100. quando vniuerſe ei locus et uenia detur? ibid.

*Mos veterum* computandi per digitos deſcribitur. I. 423.

*Mos noſtrorum* hominum provocandi in iurej. ad teſtimonium vindictamque divinam vnde fluxerit? II. 251.

*Mutatio poenae* an in crimine adv. leg. de pec. concr. admitti poſſit? I. 67.

*Mutationi* actionis an poſt L. Cont. fuerit locus. I. 336.

## N.

*Nachrichtergebühren*. III. 203. ſq.

*Natalium reſtitutio* ſ. *παλιγγενεσία*. I. 383. duplex fuit. ibid. de eius origine coniecturae. I. 385. eius effectus. I. 387.

*Notarii* immunes ab obligatione legum taxatoriarum. III. 119. Notarius, cui, inuentarium conficienti, heredes ſimul mandauerant, actiua communia recipere et uſque ad diſtributionem cuſtodire, vtrum poſſit ſportulas n. 28. legis tax. conceſſas petere? III. 147. *Notarii*, adiuncti Iuſtitiariis, Notariorum dignitatem non ha-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0232-6

bentibus, haud prohibentur ſumtus itineris accipere. III. 156.
*Nouatio in litiscont.* continetur. I. 326.
*Nouellarum Iuſtinianearum* an aliqua collectio ab ipſo Iuſtiniano ſit facta. I. 414.

O.

*Obligationes* verborum, quae? I. 375. II. 295.
*Obteſtationes* et aſſeuerationes an vim ſacramentorum habeant? 248. ſq.
*Officium*, quid ſignificet interdum in libris legum. I. 214.
*Operae* a ſeruis ſollemni iuramento promitti ſolitae. II. 295.
*Optio* ceſſat poſt L. cont. I. 349.
*Ordalia*, quid? I. 96.
*Ordinationis* Proceſſualis Rec. loca duo ſc. tit. 40. §. 3. et tit. 45. §. 6., quae pugnare videntur conciliata. III. 43. ſq.

P.

*Pacis Burgenſis* fractae poena. I. 195.
*Pacta* prohibita in iureiurando ſeruari non poterant. II. 301.
*Pactum remiſſorium*, quid et quotuplex? III. 89. an extraiudiciale ſit vetitum? III. 93. 94. pacto extraiudiciali remiſſorio inito creditor a debitore ad meliorem fortunam perueniente reſiduum remiſſum petere non poteſt. III. 95. diſſentientes refelluntur. ibid. ea doctrina exemplis rerum ita iudicatarum confirmatur. III. 95. 96. 97.
*Palingeneſia* libertorum qualis? I. 388.
*Pannicularia* diſtentne a patrimonio furum? I. 167. quae? ibid.

*Parapetaſia* ſintne maeniana? II. 306.
*Paroemia* iuris: *mit dem Tode wettet man den Richter u. ſ. w.* quem vſum hodie habet? I. 171.
*Parthierer*, in crimine defraudatae pecuniae ſollemniter concreditae. I. 68. eorum poena. 69.
*Partium ſtudium* in foris late dominans II. 230. exempla eius. ibid. et ſqq.
*Patrimonium* furum quomodo ſit diſtribuendum. I. 167. 199.
*Patronorum* iura ceſſabant per palingeneſiam libertorum. I. 391.
*Patrono* competit honor ſepulturae in templis. II. 200. eius conſenſus ad impetrandam eiusmodi ſepulturam an requiratur? ibid. 209.
*Pauper* litigans. III. 38. quatenus hodie cauere dicatur. 39. an adverſus eum reus admitti poſſit ad probationem in contrarium? III. 40. an bonorum immobilium poſſeſſor ad iura pauperum comfugere poſſit? 42.
*Pecuarii.* I. 219.
*Periurium.* I. 76.
*Pflichtsnotul* quid? II. 266.
*Piarum Cauſarum* immunitas a ſportulis in quibusdam ſpeciebus. III. 150.
*Pignoratio* an pariat praeuentionem? I. 15.
*Piſcinae.* II. 7.
*Plateae*, quatenus ab aedium poſſeſſoribus occupari queant? II. 318.
*Plumbatae* militares. I. 230. earum ſupplicium media aetate vſitatum. ibid.
*Plumbi* liquidi infuſio poenae cauſa. I. 227.
*Plumbatarum* tria genera. I. 231. earum origo. I. 233. iſtis in terga potiſſimum ſaeuitum fuit. I. 235. ab iis qui immunes. I. 242.
*Poenae militares* quaenam et quotuplices? I. 127. famoſae. 128.
*Poena ficta.* I. 143.
*Pontifices Innocentius* III. et *Bonifacius* VIII. defenſi. II. 290.
*Poſtumi* qui? I. 162. eorum diſcrimina. I. 263. *alieni* non poterant heredes inſtitui. I. 267.

*Prag-*

*Pragmaticorum* errores in loco de iurei. notantur. I. 258.
*Praediorum* (quorum?) poſſeſſio a cautione pro exp. liberet. III. 28. ſqq. an uiliorum? 130.
*Praefecti* praetorio. I. 103. aquarum curam geſſerunt. II. 35. *Praefecti* Tennſtadienſis priuilegium circa leges ſportu ares in certis cauſis. III. 119.
*Praeire verbis* in iurando? quid? II. 266.
*Praeiurare* quid? II. 267.
*Praeſcriptio* quadragenaria aduerſus ciuitates et in publica cauſa. II. 48. ſq. II. 318.
*Praeſens* quis dicatur? I. 439.
*Praetextatus* omnia maeniana in vrbe tollere, iuſſit. II. 312.
*Principes* Germaniae pacis Weſtphaliae tuitores. I. 151. habent ius circa ſacra, quod tribus partibus conſtat. I. 158. *Evangelici*, quo iure a quibusdam fidem de ſeruanda religione poſtulent? II. 149.
*Principis* ius circa ſepulturam in templis. II. 298.
*Priuilegium piarum* cauſſ. et academiae Lipſ. immunitatis a ſportulis in quodam caſu. III. 150.
*Probandi mediorum* (de) communione quid ſit ſentiendum? III. 79.
*Proceſſus* deſertionis quibus conſiſtat partibus neceſſariis? I. 71.
*Procurator*, dominus litis. I. 336. nequit arceri a iudicio lite ſemel conteſtata. I. 358. quis? aduerſus Heineccium. I. 334.
*Purgationes* vulgares in Vehmicis iudiciis. I. 96.
*Pupillos* iure Romano nulla indiguiſſe reſtit. in int. II. 330.

Q.

*Quaeſtio* (dira) ſucceſſit in locum iudiciorum Dei. I. 96. eius fauor apud Graecos et Romanos et maiores noſtros. I. 94.

*Quarda Falcidia* detrahi poteſt in fideicommiſſis familiae rerum mobilium. II. 69. quis eam detrahat. II. 70.
*Quaſi adulterii* noua ſpecies. I. 77.
*Quaſi adnaſci*, quid? I. 275.
*Quaſi bigamia*. I. 71.
*Quaſi poſthumi*. I. 275.

## R.

*Rapina* an in aedibus priuatis quoque committi poſſit. I. 175. an differat a robbaria et depraedatione. ibid.
*Ratihabitionis* natura. II. 116. quem effectum habeat: ibid. an tacita ſufficiat. II. 120. vtrum ſola curatoris notitia ſufficiat ad actum confirmandum? II. 123. ratihabitione muliebri negotium firmatur ex tunc, non ex nunc. ibid.
*Raub und Zugriff*. I. 143.
*Rei* conditio an fauorabilior, quam actoris? II. 232.
*Regiſtratura*, quantum pro unaquaque ſportularum accipere liceat. III. 174.
*Relaxatione* iurisj. religionis an opus ſit in eo, qui mutat de religione ſententiam. II. 164.
*Religio* ſepulturae. II. 180. apud Chriſtianos. 182. aucta artibus Pontificum. II. 183.
*Reliquatio*. II. 105.
*Remiſſio* reorum. I. 9. ſq. eorum, qui coepta inquiſitione aufugiunt. I. 13. in Luſatia ſup. I. 16. ſqq. militum. I. 22. raptorum et furum fugitiuorum. I. 26. An praefectus praefecto remittat reos? I. 10. an reliquis iudiciis. I. 13.
*Remiſſio* an proſit defraudatori? I. 64. furtum paſſi ſapienter ſublata in lege gen. d. ao. 1783. I. 170.
*Res furtim captae* domino ſunt reſtituendae. I. 170. cui cedant, nemine repetente? I. 174.
*Reſidentiae* principum ſingulari quadam vtuntur ſanctitate. I. 195.

*Re-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0236-9

*Reſcripta* EL. SAX. exſcripta paſſim vt
*a*) Reſc. Sen. Eccl. de cadaueribus in templis caute humandis. II. 219.
*b*) Reſc. d. 1609. de uilioribus in aedibus ſacris non humandis. II. 213.
*c*) Reſc. d. 1784. et 1788. de cadaueribus in aede Paullina Lipſ. caute ſepeliendis. II. 221.
*d*) Reſc. d. 1634. de cadaueribus absque patronorum conſenſu in templa non inferendis. II. 210.
*e*) Reſc. de 1784. de vindicatione iniuriarum realium in via regia. I. 147.
*f*) Reſc. d. 1723. de milite gregario a ſportulis iudici ſoluendis non indiſcriminatim immuni. I. 127.
*g*) Reſc. d. 1754. de iudicio bellico ad eos ſolum, qui actu militant pertinente. I. 125.
*h*) Reſc. de adſeſſoribus iudiciorum militarium. I. 118.
*i*) Reſc. eiusd. arg. d. 1784.
*k*) Reſc. d. 1738. de condemnatione ad arcem in feminas non cadente. I. 69.
*l*) Reſc. d. 1781. de ſtupro iurisdictioni ſuperiori adſcribendo. I. 37.
*m*) Reſc. d. 1786. de iurei. rite praeſtando. II. 270.
*n*) Reſcr. d. 1770. de emporiis, vbi cit. edict. eſt affigenda. III. 60.
*o*) Reſc. duo legem ſportularum illuſtrantia. III. 127.
*p*) Reſc. d. 1726. eiusd. arg. III. 136.
*q*) Reſc. *über die Siegelgelder*. d. 1724. III. 137.
*r*) Reſc. aliud ad leges ſportulares pertinens. III. 140. 196.
*s*) Reſc. d. 1725. ad leg. tax. pert. III. 147.
*t*) Reſc. d. 1725. eiusd. arg. III. 162.
*Reſponſum* Fac. Lipſ. illuſtrans legem taxatoriam. III. 128. aliud ex eodem genere. III. 134. aliud eiusdem argumenti. III. 142. 143.
*Reſolutionibus*, vti vocantur, (pro) nihil ſportularum a iudicibus exigi poteſt? III. 150. ſq.
*Reſtitutio* an proſit defraudatoribus? I. 63. 70.
*Reſt. in int.* fidem laedere publicam dicitur. I. 335. ipſis reſtitutis plus nocet, quam prodeſt. II. 336.

*Reuer-*

*Reuerſales* litteras vtrum praefectus iudici remittenti dare teneatur? I. 12.
*Reſponſorum* exempla II. 223. ſqq.
*Romanorum fides.* II. 286. exempla eius rei narrantur. II. 293. eorum priuilegium, quo nemo inuitus iure ſuo priuari poterat. I. 325. 443.
*Romae vrbis* ſplendor et ad ius ciuile pertinuit immutandum? II. 1.
*Rügengerichte* quaenam ſint? III. 151. quaenam ſportulae poſſint in iis accipi III. 152. Reſcriptum ſuper iis. III. 153.

## S.

*Sacramentis* Deus intereſſe credebatur. II. 252. vocantur interdum iudicii dei. II. 253.
*Salarium* an praecipere liceat adminiſtratori vel ſuſceptori alienarum pecuniarum. I. 62.
*Sanctorum* reliquiae adorabantur. II. 185.
*Scabini Lipſ.* quomodo iurent munus aditur. II. 130.
*Schandſäulen.* I. 160.
*Schöppen ſtumme.* I. 115.
*Schieſsgeld* pertinet ad *Liedlohn* gaudetq. eius iure. III. 103.
*SCtum Duillianum.* II. 189. Aelianum. II. 13. Velleian. de A. U. C. 763. non eſt. I. 258.
*Securitas* domus dominicae violata I. 184.
*Serui* an iurare potuerint. II. 295.
*Seruitutum* cauſa perpetua. II. 50.
*Sepultura*, in templis retinenda. II. 216. cautiones eius rei. ibid. intra vrbis moenia prohibita. II. 191. Cur? II. 192. in templis prohibita. II. 194. limitata. II. 196. quibus ea hodie competat. II. 198. eam qui concedat? II. 201. utrum gratis? II. 211. eius genera uaria commemorantur. II. 177. mos apud Romanos. II. 178.
*Siegelgelder.* III. 137. quis huius pecuniae petendae ius habeat? III. 137. reſcriptum ſuper ea re. ibid. ſq.

*Siegelthaler*. III. 135. eorum vſus reiicitur. III. 138. ſq.
*Socii delicti* adv. leges de concr. pec. I. 55.
*Solemnitas* in *dotis dictione* quae? I. 375. ſublata a Theodoſio. I. 378. Sollemnitas ſeruanda, ſi quis iureiurando de perfidia in fraudem legis de concr. pec. non admittenda obſtringendus eſt. I. 145. ſq. in ſacramentis ludaeorum. II. 275.
*Solutio ficta* non ſufficit ad condemnationem eius, qui legem de concr. pec. violaſſe dicitur. I. 53.
*Solonis lex* de teſtandi facultate. I. 379.
*Specus*. II. 6.
*Spieſsruthen*. I. 127.
*Sportulae*. III. 118. leges El. Sax. hac pertinentes. ibid. quaenam a iudice in confirmanda emtione uenditione praeter taxam, recte poſtulari poſſint. III. 134. ſq. quibus immunitas a ſportulis ſoluendis per modum priuilegii ſit conceſſa. III. 150. ſqq.
*Sportulae* in iudicio militari. I. 126. quinam ab earum exſolutione ſint immunes. I. 127.
*Städte des engern oder weitern Ausſchuſſes*. III. 15. quaenam ſint? 16.
*Statutorum* exempla circa proiecta. II. 320. ſqq. Hamburgenſia ibid. Vinarienſia. 321. Trancofurtenſia ibid. Lubecenſia. 324.
*Standrecht* quid? I. 119. 126.
*Steckbriefe*. I. 86.
*Stipulatio poenae* litem conteſtando non committitur. I. 350.
*Stuprum ſimplex* eſt ad ſuperiorem iurisdictionem referendum. I. 29 — 37. cur ante annum 1781. a plerisque inferiori ſit uindicatum. I. 37.
*Suariam facere*, quid? I. 219.
*Subſtructiones* quid? II. 4.
*Suggrundia* quae? II. 304. ea in publico habere licuit, modo tranſeuntibus nil noceretur. II. 314. vel publica ſunt, vel priuata. II. 316.
*Suſpendii* poena, quando locum obtineat, in eo, qui interuertit pecuniam concr. adu. conſt. de pec. concr. I. 65.

*Su-*

*Superintendentium* ius accipiendi ſepulcrum in templis. II. 203.
*Susceptores*, qui? I. 221.
*Symbolum*, ſ. liber ſymbolicus, quid? II. 156. eius utilitas. II. 157.
*Syndicatus* remedium. II. 84. ſqq. utrum in ipſas ſententias vim aliquam habeat. II. 85. ſqq. ſyndicatus (pro) inſtrumento, quantum ſportularum poſſit accipi. III. 161.

T.

*Tabula ſportularum* Electoralis Saxonica innumeris locis explicata et illuſtrata. III. a 140. — 160.
*Taxe für die Advokaten in der Niederlauſitz.* III. 206.
*Tela*, quid? I. 183.
*Terentii* locis lux. I. 440. I. 371.
*Teſtimonii* notio aliena a iurisiurandi def. II. 247. teſtimonium percontationis. I. 71.
*Teſtis* in litis cont. veterum, quot et cur adhibendi. I. 136. *Teſtes* in proceſſu quando fiant communes? II. 81.
*Tituli largitionales.* I. 223.
*Tortura.* I. 93. 59. eam quis principum primus abrogauerit. I. 97. ſucceſſit in Ordaliorum locum ſ. iudiciorum dei. I. 96. reprehenditur. ibid. ſero abrogato et quas ob cauſas. I. ibid.
*Tranſitio actionum* in heredes per L. Conteſtationem. I. 331.
*Tribonianus* nolatur. II. 314.

U.

*Ueberhänge.* II. 304. 321. ſq.
*Ultimi poſſeſſoris* ius in fideicommiſſis familiae. II. 62.
*Urbis Romae* ſplendor et magnitudo quam vim in iure ciuili habuerit. II. 1.

*Uſu-*

*Uſucapionem* olim litis conteſtatione interimi non potuiſſe demonſtratur. I. 329. ſq.
*Uſusfructus* qualis a cautione pro expenſis liberet. III. 28. ſq.
*Uſufructuarii* an ſint *die Auszügler*. III. 22.
*Uſurae ultra modum datae* an repeti poſſint? II. 23. ſqq. an ſorti imputandae. II. 74. ſoluta ſorte tamquam ſors ſunt repetendae. II. 75. qua actione vti poſſis ad eam rem. II. 76. 77. utrum haec actio in heredes detur. II. 78. uſurae hodie in re dubia a tempore inſtitutae actionis debentur. I. 367.
*Uſurpatio* efficitur per L. conteſtationem. I. 327.
*Uxor olim* heres ſua fuiſſe videtur. I. 264. 381. 378.

## V.

*Vagabundi forum* in delictis. I. 156.
*Vehaliche öffentliche Thaten*. I. 143.
*Vectigal* pro aqua conceſſa dari ſolitum. II. 42. ſqq.
*Velleia* lex. vid. lex.
*Venditio* geradae a curatore ratihabita valet. II. 118.
*Verbum ſollemne* *dixi*, quid ſibi voluerit? I. 443.
*Verſäumniſs* ſi quid damni quis eſt expertus eam ob cauſam, v..um id, ſalvis ſportulis, ſit reſtituendum. III. 158.
*Verzicht* quid? quomodo a ſimplici apocha differat? III. 142.
*Vexilli* ademtio, poena militaris. I. 131.
*Viarum diſcrimina*. I. 132. 133.
*Via regia*. I. 133. eius cura, ad quem pertineat. ibid. regula eſt. I. 134.
*Vinum* in viſcerationibus. I. 432.
*Virgines veſtales* an exierint e patrio iure. I. 382.
*Viſcerationes* Romanorum. I. 427. publicae aliae, aliae priuatae. I. 431. quo conſilio datae? I. 433. *quotidianae*, quo tempore coeperint. I. 434.
*Voluntatum* ultimarum conſeruandarum ſtudium auctori diſplicet. II. 244.

Vor-

*Vorhaltung.* II. 266. eſt pars formula ſacramenti compoſitae. 266.

*Votis* (de) quid auctori videatur. I. 258.

*Vox juro* an a formula iurisiurandi abeſſe poſſit? II. 268. — 70. *acceptare* barbara auctori videtur. 206.

Z.

*Zeno Leonis filius* (*neſcio cuius?*) poſt Leonem de maenianorum ratione conſtituiſſe dicitur. II. 313. quid praeterea circa aedificiorum modum conſtituerit. 310. 312. 313.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0242-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0243-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0244-3

vol 11 = 3 digi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0245-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0246-4

# CAROLI GODOFREDI DE WINCKLER

IVR. VTR. ET PHILOSOPH. DOCTORIS, SERENISS. ELECTORI SAXONIAE IN SENATV PROVOCATIONVM A CONSILIIS, ECCLESIAE CATHEDRALIS MERSEBVRGENSIS CAPITVLARIS, CVRIAE IN SAXONIA ELECTORALI SVPREMAE, QVAE LIPSIAE EX LEGIBVS DECERNIT, ASSESSORIS INTER DOCTORES PRIMARII, DECRETALIVM IN ACADEMIA LIPSIENSI PROFESSORIS ORDINARII, EIVSDEMQVE DECEMVIRI, PRAEPOSITVRAE MAGNAE ASSESSORIS, FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII ET DECANI PERPETVI

# OPVSCVLA
# MINORA

EDIDIT

ET PRAEFATVS EST

FILIVS

D. GODOFR. LVDOV. WINCKLER

PROF. IVR. EXTRAORD.

---

## VOLVM. II. PARS ALTERA.

---

LIPSIAE

IMPENSIS G. L. GOETHE

cIↃIↃCCLXXXXVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-729260-p0247-0